



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





600094455X







CONJECTANEA IN N. T.

S C R I P S I T

CAROL. FRID. AUG. FRITZSCHE,

PHILOSOPH. D. AA. LL. MAG. AD AED. D. P. CONCION.
VESPERT. IN ACAD. LIPS. DOCTOR PRIVAT. ET
BIBLIOTHECAE ACADEMICAE CUSTOS.

SPECIMEN I.

LIPSIAE

SUMTIBUS F. C. A. HARTMANNI

MDCCCXXV.

101. e. 153.



101. 5. 12. 2.

PATRI VENERANDO


CHRISTIANO FRIDERICO

FRITZSCHE

THEOL. DOCT. AD AED. ARCIS DOBRILUC. PAST.
EPHORIAE DOBRILUC. SUPERINT. SOCIET. LITER.
GORLIT. SODAL.

VIGINTI QUINQUE ANNOS MUNERE SACRO
NUPER FUNCTO HAS PAUCAS PLAGULAS

D. D. D.
AUCTOR.



Patri Dilectissimo S. D. Filius.

Quum praegressa aestate muneris sacri per viginti quinque annos, nescio, fidene Tua majore, an hominum utilitate administrati concelebrares memoriam, meministi, me tanta Tibi cum gratulatione adesse, quantam pietas Patri obnoxia a filio, eximia fidelissimi viri laus a summae virtutis, nisi perpetuo, at diuturno tamen teste et spectatore, egregia doctissimi hominis eruditio a bonarum literarum amico et studiorum societas ab homine lubentissime tali adstricto vinculo exigere videretur, Tibique dicere, me moleste ferre, quod ejus diei hilaritatem scriptionis cujusdam severitate non temperaverim. Quem pudorem, postquam a Te abieram, mox adeo auctum sensi, ut ad compensandum, cui male defueram, officium appellerem animum, typisque hunc exscribendum curarem libellum. Scilicet libellum, inquis, offers eundemque paucis e genere grammatico commentationibus absolutum, qui multa de his rebus meditata, quae mediocre volumen vix in se recipiat, etiam scripta habere te dictitare soleas. Nempe jocularis, qui, ne conjunctim illa nunc proponam, eo probiberi me scias consilio, quo quasdam subtilioris naturae quaestiones grammaticas ei annectere libro decrevi, in quo concinnando multum nunc desudo. Quae is locus non capiet, hujus consimili, praeterquam ampliori, tradam libro, tum edendo, quum e praesentium laborum quasi fluctibus primum emergero. Nam est alia, ne plura nunc perse-

quar, etiam causa haec, quod in haud paucis rebus, quo Wineri, quem alteram grammaticae magna eruditione expolitam locupletatamque editionem propediem in lucem emissurum constat, tendat voluntas, ante cognoscere commodum videtur. Quid igitur? Quod his paucis laeti temporis memoriam redintegrare volui, excusameam in Te propensam voluntatem, nec erit, quod hujus consilii poeniteat unquam, si aliquid certe emolumenti ad rudem adhuc informemque grammaticae sacrae disciplinam iis me attulisse judicabis. Nam Tua in grammaticis rebus docti perspicacisque viri sententia non poterit non eorum praeponderare iudicium, qui vel, sua veterum linguarum ignorantia a docta librorum sacrorum interpretatione depulsi, quantum deest doctrinae, tantum temeritate et furibundis concionibus resarcire conantur, vel qui, quamvis grammaticam, quae vulgo fertur, explicationem minime exosi, nolunt tamen eam justo subtilius (sic enim loquuntur) exerceri, credo, quod sic tantum vetustos errores extirpari feliciter et divinorum sententias scriptorum ab humana libidine atque fraude recte defendi posse minus recordantur. Qui si nostram rationem in jus vocabunt,

οὐ φροντίς Ἰπποκλείδῃ.

Etiam atque etiam vale.

Scribebam Lipsiae d. XVII m. Octob.
MDCCCXXIV.

Quum nos librorum sacrorum interpretationi nostrum ita dicaverimus omne studium, ut rerum grammaticarum, quarum obstructam olim viam *Winerum* faustis auspiciis nuper aperuisse crebro recordari solemus, disquisitio animum retineat occupetque nostrum: materiae latissime diffusae aliquam partem hic sumus explicare conati. Placuit autem hujus disputationis exordium petere

§. 1.

ab illa, novo etiam Testamento vindicanda, comparationis brevitate, qua, quod una res sibi habet proprium, non cum eo, quod altera habet, sed cum universa hac altera re contenditur.

Constat, qua Graeci Latinique scriptores cogitandi celeritate vigent, inde praeter alia multa etiam hoc manasse, ut, ubi aliqua *rei ratio* cum *ratione alius rei* comparanda esset, ratione ipsa semel declarata contenti, *rationem unius rei* potius, si verborum speciem spectes, cum *altera universa re* componere viderentur. In quo genere, quod usu venit saepenumero, cavendum magnopere est, ne in justam reprehensionem incurramus, esse tum alterius rei conditionem hac omisam lege, ut ubiubi cogitationis ope adjectam *ipse vellet scriptor*, temere opinati. Nec esse enim ita ullo pacto, nec Euripidem, quum scriberet in Troad. v. 372. *εἰ γὰρ ἔστι Λοξίας, Ἑλένης γαμεῑ με δυστυχέστερον γάμον ὁ τῶν Ἀχαιῶν κλεινὸς Ἀγαμέμνων ἄναξ.* [ducet me in *infortunatius, quam Helena*, matrimonium] sic sensisse, ut addendi ad *Ἑλένης* vocabuli *γάμον* notio clare obversaretur animo, quum aliis multis argumentis, quae VV. DD. non sane praeterierunt, tum hoc uno omnium demonstratur luculentissimo, quod ab ejusmodi locis ductum est, ubi, si illud vellent,

structuram aliter conformare oportebat scriptores. Sic Xenoph. Cyrop. V, 1, 4. ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα male haberet, cum dicendum fuisset τῶν δούλων scil. ἐσθῆτι. Non rectius dixisset Homer. Iliad. I, 163. οὐ μὲν σοὶ [debebat enim σοῦ scil. γέρατι ponere] ποτε ἴσον ἔχω γέρας; et XVII, 51. αἵματι οἱ δέοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν [nam dictu opus erat Χαρίτων, nempe κόμαις] ὁμοίαι. Quis autem non videt, Horatium, si aetatem parentum cum avorum aetate contendere decrevisset, Od. III, 6, 46. non: aetas parentum pejor avis tulit nos nequiores, sed aetas parentum pejor avorum etc. canere oportuisse? Neque profecto de L. Ciceronis aliud valet de orat. I, 42. — quantum praestiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, si cum illorum Lycurgo, et Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis. Dicendum enim fuisset: si cum illorum Lycurgi [scil. legibus] nostras leges conferre volueritis. Sed quo certius haec loquendi ratio e cogitandi quadam celeritate profluxit, eo minus putem dubitari posse, quin, ubi in poeta eligendi inter vulgarem et exquisitum modum optio tibi sit concessa, hic praefendus sit: unde v. c. in Eurip. Jone v. 162. οὐδὲν δ' ἄ φόρμιγξ ἄ Φοῖβου σύμμολος τόξων ἴσσαι ἂν quae mire interpretatur Reiskius, malim non ad Φοῖβου cogitando adjicere φόρμιγγι, sed σύμμολος Φοῖβου arctissime jungere eo modo, quo est apud Aristoph. Av. v. 664. ξύμφωνον ἀηδόνα Μούσης. Sed cur ego multis illam locutionem munire conor, quum Schaeferus ad Apollonium Rhodium II. p. 164. et exemplis et ratione rem dilucide exposuerit omnem? cujus copias creberrimi usus exemplis augere quum mihi sit γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, duo tamen, alterum male tentatum, alterum sua natura singulare, adjuccere animus est: Lucian. de mercede Conduct. §. 36. Ἐν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν ἄλλων καλλωπισμάτων αὐταῖς δοκεῖ, ἣν λέγεται, ὡς πεκαυδευμένοι τέ εἰσι καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιοῦσιν ἄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, ubi Lehmannum, quum scriberet: excidit fortassis τῶν ante τῆς Σαπφοῦς egregie fefellisse opinionem, e totius disputationis nostrae appareat summa: alterum est exemplum Demosth. Mid. p. 48. ed. Buttm. ἀπάντων τοίνυν τούτων [sc. τῶν ἀνθρώπων] — πολλῶν δεινότερα εὐ οἶδ' ὅτι πάντες ἂν εἶναι φησεῖαν

τὰ Μειδία πεπραγμένα. Illud mihi equidem nunc volo, prorsus idem et de sacris valere scriptoribus, quorum interpretes ad hanc rem minus hucusque attendisse non mirum putabit, qui neque Matthiam in Gr. p. 629. satis eleganter de ea praecepisse, et ipsos passim Philologos in lubrica re prolapsos meminerit, quod accidit v. c. *Ruedigero* ad Demosthen. Olynth. II, 10, 4.

Exordior autem a l. I Corinth. 1, 25. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. ubi, quod S. V. *Winerus* in Grammat. p. 72, 4. praemissae regulae convenienter, qua, si una duarum rerum virtus ita comparetur, ut altera res adjectum habeat genitivum, illa virtus, quo loco iterum indicanda fuerit, a scriptoribus omittatur, orationem sic explendam censuit: τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τοῦ μωροῦ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· rejicere videtur ipsa, quae sic oritur, sententiae ratio. Equis enim in Paulo has imbecilles ferat sententias: *stulta dei instituta plus pol- lere stultis hominum consiliis, et infirmitatem dei hominum infirmitate esse validiorem?* Foret enim constantiae, alterum membrum καὶ τὸ ἀσθενὲς — ἐστὶ hoc modo integrum reddere: καὶ τὸ ἀσθενὲς — τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενέος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. Quas qui sententias nimis, quam ut Paulo vindicandae viderentur, languere sensissent [v. c. *Schulzius*, olim Giessensis Theologus ad h. l. *Schleusnerus* in Lexico s. v. σοφός] sic explicuerunt, quasi scriptum legeretur: ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῆς σοφίας τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῆς ἰσχύος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· sensum quidem illi quodammodo assecuti, sed neglectae accuratioris interpretationis rei. Enimvero aperta res est, hoc dici ab Apostolo: *stultitia dei sapientior est omnibus humanis institutis, et imbecillitas dei validior est rebus humanis.* Unde quum proprie poni deberet τῶν ἀνθρώπων bis, ut res quaedam divinae [τὸ μωρὸν et τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ] cum rebus humanis contenderentur, Apostolus pro magna cogitandi celeritate *dei stultitiam et infirmitatem cum ipsis contulit hominibus.*

Sequatur l. Matth. 5, 20., quem adversarii quidem mei sic enarrant: ἐὰν μὴ περισσέυσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν

πλείον [τῆς δικαιοσύνης] τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων *). Sic antiquitus de h. l. jam existimarunt v. c. *Chrysostomus*, [ut ex his ejus verbis merito colligas: Γραμματέων γὰρ ἐνταῦθα καὶ φαρισαίων οὐκ ἀπλῶς εἶπε τῶν παρανόμων, ἀλλὰ τῶν κατορθούντων· οὐ γὰρ, εἰ μὴ κατώρθουν, ἔφησεν αὐτοὺς ἔχειν δικαιοσύνην, οὐδὲ ἄν παρῆβαλε τὴν οὐκ οὐσαν τῇ οὐσίῃ·] *vetustus interpres latinus* [— nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisaeorum], *Paulinus* [ep. 24. p. 164. c. nisi abundaverit — supra justitiam Pharisaeorum], nuper, ne alios commemorem, *Schottus* et *Gratzius* ad h. l. At praeterquam quod τῆς δικαιοσύνης e praegresso v. ἡ δικαιοσύνη non, nisi difficiliter, extricaveris, ipsa etiam, quae sic prodit, a scriptoris consilio remota sententia ab ineunda cum illis societate dehortatur. Non enim vult Jesus pietatem Pharisaeorum ab suis hominibus superari, parum enim foret, praestare pessimis [Matth. XXIII, 14 — 36.], sed *suos vult pietati studere, aliter, ac Pharisaeos*, quibus justitiae vel minimae derogare soleat particulam. Nisi forte, quod per se fieri posse *Chrysostomus*, quum allata verba scriberet, non reputasse videtur, ironice enarratum velis locum, ut legis interpretum justitiam pro ipsa injustitia dictam accipias h. r.: *nisi vestra pietas egregiae* [scilicet] *Pharisaeorum virtuti antecellat*, h. e. nisi vestra prorsus alia,

*) Satis scio, non aegre esse laturum *Winerum* meum, si hac occasione usus quaedam dixerō contra ea, quae scripsit Gr. p. 58. Ac primo quidem, quod ipse *Winerus* monuerat, ejusmodi locutiones, quales sunt θεὸς τῆς εἰρήνης, αἷμα τοῦ σταυροῦ, etiam apud sinceros reperiri scriptores, ejus ego rei pauca ponam exempla: *Sophocl. Philoct.* v. 45. ἀλλ' ἢ πὶ φορβῆς νόστον ἐξέληλυθεν [ubi vid. summus *Hermannus* et *Schaeferus*.] *Lucian. Charon* §. 15. ἀσκήσας αἵματος i. e. πλήρης αἵματος, ut ipse paullo supra dixit. *Tacit. Annal.* XV, 45. *longinqui raris recessum* [cf. *Rom.* XV, 13.]. Sed vereor tamen, ut verus sensus genitivi illis locis peculiaris manifestatus satis sit hac regula: *esse eum in totam sententiam solvendum*. Id enim mihi videtur nimis commune esse et in omnes omnino genitivos cadere adeo, ut etiam prorsus vulgaribus, velut *vestis amicae* i. e. *vestis quam habet amica*, impune possit et recte adhiberi. Quocirca praestat fortasse, loca a *Winero* ad unam classem relata sic in partes dispescere, ut genitivum subjecti ab objecti, temporis a loci, eum, qui comparationi inservit, ab eo, qui est extra comparationem, discernas.

quam Pharisaeorum, virtus sit. At non vereor, ne haec explicatio in VV. DD. gratiam se insinuet; mirum enim, quantum haec acerbitas ab hujus l. et gravitate et tranquillitate abhorreat. Quare haud cunctanter sic interpretor: *dico vobis, nisi pietatem vobis singularem pepereritis, magis, ac solent Pharisaei.* Hinc autem clare poterit intelligi, haec verba a toto genere, quod nunc explicandum nobis sumsimus, excludenda esse, siquidem *πλείον τῶν γραμματέων* non cum vocc. *ἢ δικαιοσύνη ὑμῶν* [*nisi vestra pietas insignior sit, quam Pharisaei,*] sed cum verbo *περισσεύση* cohaerere contendimus, ita, ut Jesu sententiae, quam praegressorum verborum, tenacior *πλείον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* dixerit, quasi, quod salva eadem sententia sane poterat, pro *ἐὰν μὴ περισσεύση ἢ δικαιοσύνη ὑμῶν*, haec v. posuerit: *ἐὰν μὴ περισσεύητε τῆς δικαιοσύνης, nisi pietate insignes fueritis*, quo apte jam pergat: *πλείον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* i. e. *πλείον, ἢ δικαιοὶ εἰσὶν οἱ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, magis, quam Pharisaei esse solent.* Sed qui nostrae interpretationi idem, quod nos ipsi primae illi vitio vertimus, opposuerit, vel sic aut Pharisaeorum, quae nulla fuerit, praedicari pietatem, aut eam per ironiam acerbius perstringi, ratus, is male in v. *περισσεύειν* haeserit, quod quum semel locatum sit, ubi iterum cogitando repetendum est ad v. *τῶν γραμματέων*, non plenam ejus vim, sed, ut fert natura zeugmatis, quantum ejus ad alteram membri partem *τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* quadrat, mente suscipiendum esse, quis nescit? Quare missa in v. *περισσεύειν praestantiae* notionem, cogitationem hanc „*instructum [pietate] esse*“ inde decerpemus h. m.: *nisi vestra virtus praestans fuerit — nisi virtute praestiteritis — magis, quam ea instructi sunt Pharisaei.* Sic autem ex h. l. illum, de quo nunc tracto, usum exsulare, sponte apparet.

Sed huc profecto est referendus l. Joh. V, 36: *Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μετὰ τοῦ Ἰωάννου*, ubi quum ante *τοῦ Ἰωάννου* mente assumunt vulgo *τῆς μαρτυρίας*, ejusmodi, quod non liceat, committi aliquid, quum juste possim, non repetam equidem: hoc addam, ad probandam illam, qua *Jesu testimonium cum ipso Johanne* componatur, mentis celeritatem, hoc etiam valere debere, quod Jesu et Johannis oppositio, quam hic urget Christus; illa adjuvatur. h. m.: *honorificum mihi Johannes, vir egregius* [v. 35.], *dixit testimonium*

quar, etiam causa haec, quod in haud paucis rebus, quo Wineri, quem alteram grammaticae magna eruditione expolitam locupletatamque editionem propediem in lucem emissurum constat, tendat voluntas, ante cognoscere commodum videtur. Quid igitur? Quod his paucis laeti temporis memoriam redintegrare volui, excusationem in Te propensam voluntatem, nec erit, quod hujus consilii poeniteat unquam, si aliquid certe emolumenti ad rudem adhuc informemque grammaticae sacrae disciplinam iis me attulisse judicabis. Nam Tua in grammaticis rebus docti perspicacisque viri sententia non poterit non eorum praeponderare iudicium, qui vel, sua veterum linguarum ignorantia a docta librorum sacrorum interpretatione depulsi, quantum deest doctrinae, tantum temeritate et furibundis concionibus resarcire conantur, vel qui, quamvis grammaticam, quae vulgo fertur, explicationem minime exosi, nolunt tamen eam justo subtilius (sic enim loquuntur) exerceri, credo, quod sic tantum vetustos errores extirpari feliciter et divinorum sententias scriptorum ab humana libidine atque fraude recte defendi posse minus recordantur. Qui si nostram rationem in jus vocabunt,

ὁὐ φροντισ Ἰπποκλῆσίδῃ.

Etiam atque etiam vale.

Scribebam Lipsiae d. XVII m. Octob.
MDCCCXXIV.

Quum nos librorum sacrorum interpretationi nostrum ita dicaverimus omne studium, ut rerum grammaticarum, quarum obstructam olim viam *Winerum* faustis auspiciis nuper aperuisse crebro recordari solemus, disquisitio animum retineat occupetque nostrum: materiae latissime diffusae aliquam partem hic sumus explicare conati. Placuit aulem hujus disputationis exordium petere

§. 1.

ab illa, novo etiam Testamento vindicanda, comparationis brevitate, qua, quod una res sibi habet proprium, non cum eo, quod altera habet, sed cum universa hac altera re contenditur.

Constat, qua Graeci Latinique scriptores cogitandi celeritate vigent, inde praeter alia multa etiam hoc manasse, ut, ubi aliqua rei ratio cum ratione alius rei comparanda esset, ratione ipsa semel declarata contenti, rationem unius rei potius, si verborum speciem spectes, cum altera universa re componere viderentur. In quo genere, quod usu venit saepenumero, cavendum magnopere est, ne in justam reprehensionem incurramus, esse tum alterius rei conditionem hac omissam lege, ut ubiubi cogitationis ope adjectam ipse vellet scriptor, temere opinati. Nec esse enim ita ullo pacto, nec Euripidem, quum scriberet in Troad. v. 372. εἰ γὰρ ἔστι Λοξίας, Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον ὁ τῶν Ἀχαιῶν κλεινὸς Ἀγαμέμνων ἀναξ. [ducet me in infortunatius, quam Helenam, matrimonium] sic sensisse, ut addendi ad Ἑλένης vocabuli γάμον notio clare obversaretur animo, quum aliis multis argumentis, quae VV. DD. non sane praeterierunt, tum hoc uno omnium demonstratur luculentissimo, quod ab ejusmodi locis ductum est, ubi, si illud vellent,

structuram aliter conformare oportebat scriptores. Sic Xenoph. Cyrop. V, 1, 4. ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα male haberet, cum dicendum fuisset τῶν δούλων scil. ἐσθῆτι. Non rectius dixisset Homer. Iliad. I, 163. οὐ μὲν σοὶ [debebat enim σοῦ scil. γέρατι ponere] ποτε ἴσον ἔχω γέρας· et XVII, 51. αἵματι οἱ δέοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν [nam dictu opus erat Χαρίτων, nempe κόμαις] ὁμοῖαι. Quis autem non videt, Horatium, si *aetatem parentum cum avorum aetate* contendere decrevisset, Od. III, 6, 46. non: *aetus parentum pejor avis tulit nos nequiores, sed aetas parentum pejor avorum* etc. canere oportuisse? Neque profecto de l. *Ciceronis* aliud valet *de orat.* I, 42. — *quantum praestiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, si cum illorum Lycurgo, et Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis.* Dicendum enim fuisset: *si cum illorum Lycurgi* [scil. legibus] *nostras leges conferre volueritis.* Sed quo certius haec loquendi ratio e cogitandi quadam celeritate profluxit, eo minus putem dubitari posse, quin, ubi in poeta eligendi inter vulgarem et exquisitum modum optio tibi sit concessa, hic praefendus sit: unde v. c. in Eurip. Jone v. 162. οὐδὲν σ' ἄ φόρμιγξ ἄ Φοῖβου σύμμολος τόξων εὔσαι' ἄν quae mire interpretatur *Reiskius*, malim non ad Φοῖβου cogitando adjicere φόρμιγγι, sed σύμμολος Φοῖβου arctissime jungere eo modo, quo est apud Aristoph. Av. v. 664. ξύμφωνον ἀηδόνα Μούσης. Sed cur ego multis illam locutionem munire conor, quum *Schaeferus* ad Apollonium Rhodium II. p. 164. et exemplis et ratione rem dilucide exposuerit omnem? cujus copias creberrimi usus exemplis augere quum mihi sit γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, duo tamen, alterum male tentatum, alterum sua natura singulare, adjuccere animus est: Lucian. de mercede Conduct. §. 36. Ἐν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν ἄλλων καλλωπισμάτων αὐταῖς δοκεῖ, ἣν λέγεται, ὡς πεπαιδευμένοι τέ εἰσι καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιοῦσιν ἄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, tibi *Lehmannum*, quum scriberet: *excidit fortassis τῶν ante τῆς Σαπφοῦς egregie fefellisse opinionem, e totius disputationis nostrae appareat summa: alterum est exemplum Demosth. Mid. p. 48. ed. Buttin. ἀπάντων τοῖνυν τούτων* [sc. τῶν ἀνθρώπων] — πολλῶ δεινότερα εὐ οἶδ' ὅτι πάντες ἄν εἶναι φησεῖαν

τὰ Μειδιὰ πεπραγμένα. Illud mihi equidem nunc volo, prorsus idem et de sacris valere scriptoribus, quorum interpretes ad hanc rem minus hucusque attendisse non mirum putabit, qui neque Matthiam in Gr. p. 629. satis eleganter de ea praecepisse, et ipsos passim Philologos in lubrica re prolapsos meminere, quod accidit v. c. *Ruedigero* ad Demosthen. Olynth. II, 10, 4.

Exordior autem a l. I Corinth. 1, 25. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. ubi, quod S. V. *Winerus* in Grammat. p. 72, 4. praemissae regulae convenienter, qua, si una duarum rerum virtus ita comparetur, ut altera res adjectum habeat: genitivum, illa virtus, quo loco iterum indicanda fuerit, a scriptoribus omittatur, orationem sic explendam censuit: τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τοῦ ἀσθενέος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· rejicere videtur ipsa, quae sic oritur, sententiae ratio. *Ecquis enim in Paulo has imbecilles ferat sententias: stulta dei instituta plus pol- lere stultis hominum consiliis, et infirmitatem dei hominum infirmitate esse validiorem?* Foret enim constantiae, alterum membrum καὶ τὸ ἀσθενὲς — ἐστὶ hoc modo integrum reddere: καὶ τὸ ἀσθενὲς — τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενέος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. Quas qui sententias nimis, quam ut Paulo vindicandae viderentur, languere sensissent [v. c. *Schulzius*, olim *Giessensis* Theologus ad h. l. *Schleusnerus* in Lexico s. v. σοφός] sic explicuerunt, quasi scriptum legere- tur: ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῆς σοφίας τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρό- τερον τῆς ἰσχύος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· sensum qui- dem illi quodammodo assecuti, sed neglectae accu- ratoris interpretationis rei. Enimvero aperta res est, hoc dici ab Apostolo: *stultitia dei sapientior est omni- bus humanis institutis, et imbecillitas dei validior est rebus humanis.* Unde quum proprie poni deberet τῶν ἀνθρώπων bis, ut res quaedam divinae [τὸ μωρὸν et τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ] cum rebus humanis conten- derentur, Apostolus pro magna cogitandi celeritate *dei stultitiam et infirmitatem cum ipsis contulit ho- minibus.*

Sequatur l. Matth. 5, 20., quem adversarii quidem mei sic enarrant: ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν

structuram aliter conformare oportebat scriptores. Sic Xenoph. Cyrop. V, 1, 4. ὁμοίαν ταῖς δούλαις εἶχε τὴν ἐσθῆτα male haberet, cum dicendum fuisset τῶν δούλων scil. ἐσθῆτι. Non rectius dixisset Homer. Iliad. I, 163. οὐ μὲν σοὶ [debebat enim σοῦ scil. γέρατι ponere] ποτε ἴσον ἔχω γέρας et XVII, 51. αἵματι οἱ δεύοντο κόμαι, Χαρίτεσσιν [nam dictu opus erat Χαρίτων, nempe κόμαις] ὁμοίαι. Quis autem non videt, Horatium, si aetatem parentum cum avorum aetate contendere decrevisset, Od. III, 6, 46. non: aetas parentum pejor avis tulit nos nequiores, sed aetas parentum pejor avorum etc. canere oportuisse? Neque profecto de l. Ciceronis aliud valet de orat. I, 42. — quantum praestiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intelligetis, si cum illorum Lycurgo, et Dracone, et Solone nostras leges conferre volueritis. Dicendum enim fuisset: si cum illorum Lycurgi [scil. legibus] nostras leges conferre volueritis. Sed quo certius haec loquendi ratio e cogitandi quadam celeritate profluxit, eo minus putem dubitari posse, quin, ubi in poeta eligendi inter vulgarem et exquisitum modum optio tibi sit concessa, hic praefendus sit: unde v. c. in Eurip. Jone v. 162. οὐδὲν δ' ἄ φόρμιγγ' ἄ Φοῖβου σύμμολος τόξων εὔσαι' ἄν quae mire interpretatur Reiskius, malim non ad Φοῖβου cogitando adjicere φόρμιγγι, sed σύμμολος Φοῖβου artissime jungere eo modo, quo est apud Aristoph. Av. v. 664. ξύμφωνον ἀηδόνα Μούσης. Sed cur ego multis illam locutionem munire conor, quum Schaeferus ad Apollonium Rhodium II. p. 164. et exemplis et ratione rem dilucide exposuerit omnem? cujus copias creberrimi usus exemplis augere quum mihi sit γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, duo tamen, alterum male tentatum, alterum sua natura singulare, adicere animus est: Lucian. de mercede Conduct. §. 36. Ἐν γὰρ τι καὶ τοῦτο τῶν ἄλλων καλλωπισμάτων αὐταῖς δοκεῖ, ἣν λέγεται, ὡς πεπαιδευμένοι τέ εἰσι καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιοῦσιν ἄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα, tibi Lehmannum, quum scriberet: excidit fortassis τῶν ante τῆς Σαπφοῦς egregie fefellisse opinionem, e totius disputationis nostrae appareat summa: alterum est exemplum Demosth. Mid. p. 48. ed. Buttin. ἀπάντων τοῖωνν τούτων [sc. τῶν ἀνθρώπων] — πολλῶ δεινότερα εὐ οἶδ' ὅτι πάντες ἄν εἶναι φησεῖαν

τὰ Μειδία πεπραγμένα. Illud mihi equidem nunc volo, prorsus idem et de sacris valere scriptoribus, quorum interpretes ad hanc rem minus hucusque attendisse non mirum putabit, qui neque Matthiam in Gr. p. 629. satis eleganter de ea praecepisse, et ipsos passim Philologos in lubrica re prolapsos meminerit; quod accidit v. c. *Ruedigero* ad Demosthen. Olynth. II, 10, 4.

Exordior autem a l. I Corinth. 1, 25. ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. ubi, quod S. V. *Winerus* in Grammat. p. 72, 4. praemissae regulae convenienter, qua, si una duarum rerum virtus ita comparetur, ut altera res adjectum habeat genitivum, illa virtus, quo loco iterum indicanda fuerit, a scriptoribus omittatur, orationem sic explendam censuit: τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τοῦ μωροῦ τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· rejicere videtur ipsa, quae sic oritur, sententiae ratio. Equis enim in Paulo has imbecilles ferat sententias: *stulta dei instituta plus pol- lere stultis hominum consiliis, et infirmitatem dei hominum infirmitate esse validiorem?* Foret enim constantiae, alterum membrum reddere: καὶ τὸ ἀσθενὲς — ἐστὶ hoc modo integrum reddere: καὶ τὸ ἀσθενὲς — τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενέος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ. Quas qui sententias nimis, quam ut Paulo vindicandae viderentur, languere sensissent [v. c. *Schulzius*, olim Giessensis Theologus ad h. l. *Schleusnerus* in Lexico s. v. σοφός] sic explicuerunt, quasi scriptum legeretur: ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ σοφώτερον τῆς σοφίας τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· καὶ τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ ἰσχυρότερον τῆς ἰσχύος τῶν ἀνθρώπων ἐστὶ· sensum quidem illi quodammodo assecuti, sed neglectae accuratioris interpretationis rei. Enimvero aperta res est, hoc dici ab Apostolo: *stultitia dei sapientior est omnibus humanis institutis, et imbecillitas dei validior est rebus humanis.* Unde quum proprie poni deberet τῶν ἀνθρώπων bis, ut res quaedam divinae [τὸ μωρὸν et τὸ ἀσθενὲς τοῦ θεοῦ] cum rebus humanis contenderentur, Apostolus pro magna cogitandi celeritate *dei stultitiam et infirmitatem cum ipsis contulit hominibus.*

Sequatur l. Matth. 5, 20., quem adversarii quidem mei sic enarrant: ἐὰν μὴ περισσέυσῃ ἡ δικαιοσύνη ὑμῶν

πλείον [τῆς δικαιοσύνης] τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων*). Sic antiquitus de h. l. jam existimarunt v. c. *Chrysostomus*, [ut ex his ejus verbis merito colligas: Γραμματέων γὰρ ἐνταῦθα καὶ φαρισαίων οὐχ ἀπλῶς εἶπε τῶν παρανόμων, ἀλλὰ τῶν κατορθούντων· οὐ γὰρ, εἰ μὴ κατώρθουν, ἔφησεν αὐτοὺς ἔχειν δικαιοσύνην, οὐδὲ ἀνπαρέβαλε τὴν οὐκ οὔσαν τῇ οὔσῃ.] *vetustus interpres latinus* [— nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et Pharisaeorum], *Paulinus* [ep. 24. p. 164. c. nisi abundaverit — supra justitiam Pharisaeorum], nuper, ne alios commemorem, *Schottus* et *Gratzius* ad h. l. At praeterquam quod τῆς δικαιοσύνης e praegresso v. ἡ δικαιοσύνη non, nisi difficilius, extricaveris, ipsa etiam, quae sic prodit, a scriptoris consilio remota sententia ab ineunda cum illis societate dehortatur. Non enim vult Jesus pietatem Pharisaeorum ab suis hominibus superari, parum enim foret, praestare pessimis [Matth. XXIII, 14 — 36.], sed suos vult pietati studere, aliter, ac Pharisaeos, quibus justitiae vel minimae derogare soleat particulam. Nisi forte, quod per se fieri posse *Chrysostomus*, quum allata verba scriberet, non reputasse videtur, ironice enarratum velis locum, ut legis interpretum justitiam pro ipsa injustitia dictam accipias h. r.: nisi vestra pietas egregiae [scilicet] Pharisaeorum virtuti antecellat, h. e. nisi vestra prorsus alia,

*) Satis scio, non aegre esse laturum *Winerum* meum, si hac occasione usus quaedam dixero contra ea, quae scripsit Gr. p. 58. Ac primo quidem, quod ipse *Winerus* monuerat, ejusmodi locutiones, quales sunt θεὸς τῆς εἰρήνης, αἷμα τοῦ σταυροῦ, etiam apud sinceros reperiri scriptores, ejus ego rei pauca ponam exempla: *Sophocl. Philoct.* v. 43. ἀλλ' ἢ πὶ φορβῆς νόστον ἐξελήλυθεν [ubi vid. summus *Hermannus* et *Schaeferus*.] *Lucian. Charon* §. 15. ἀσκόσ αἵματος i. e. πλήρης αἵματος, ut ipse paullo supra dixit. *Tacit. Annal.* XV, 45. *longinqui raris secassum* [cf. *Rom.* XV, 13.]. Sed vereor tamen, ut verus sensus genitivi illis locis peculiaris manifestatus satis sit hac regula: esse eum in totam sententiam solvendum. Id enim mihi videtur nimis commune esse et in omnes omnino genitivos cadere adeo, ut etiam prorsus vulgaribus, velut vestis amicae i. e. vestis quam habet amica, impune possit et recte adhiberi. Quocirca praestat fortasse, loca a *Winero* ad unam classem relata sic in partes dispescere, ut genitivum subjecti ab objecti, temporis a loci, eum, qui comparationi inservit, ab eo, qui est extra comparationem, discernas.

quam Pharisaeorum, virtus sit. At non vereor, ne haec explicatio in VV. DD. gratiam se insinuet; mirum enim, quantum haec talis acorbitas ab hujus l. et gravitate et tranquillitate abhorreat. Quare haud cunctanter sic interpretor: *dico vobis, nisi pietatem vobis singularem pepereritis, magis, ac solent Pharisaei.* Hinc autem clare poterit intelligi, haec verba a toto genere, quod nunc explicandum nobis sumsimus, excludenda esse, siquidem *πλείον τῶν γραμματέων* non cum vocc. *ἢ δικαιοσύνη ὑμῶν* [*nisi vestra pietas insignior sit, quam Pharisaei,*] sed cum verbo *περισσεύσῃ* cohaerere contendimus, ita, ut Jesus sententiae, quam praegressorum verborum, tenacior *πλείον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* dixerit, quasi, quod salva eadem sententia sane poterat, pro *εἰ μὴ περισσεύσῃ ἢ δικαιοσύνη ὑμῶν*, haec v. posuerit: *εἰ μὴ περισσεύητε τῆς δικαιοσύνης, nisi pietate insignes fueritis*, quo apte jam pergat: *πλείον τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* i. e. *πλείον, ἢ δικαιοὶ εἰσὶν οἱ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, magis, quam Pharisaei esse solent.* Sed qui nostrae interpretationi, idem, quod nos ipsi primae illi vitio vertimus, opposuerit, vel sic aut Pharisaeorum, quae nulla fuerit, praedicari pietatem, aut eam per ironiam acerbius perstringi, ratus, is male in v. *περισσεύσῃ* haeserit, quod quum semel locatum sit; ubi iterum cogitando repetendum est ad v. *τῶν γραμματέων*; non plenam ejus vim, sed, ut fert natura zeugmatis, quantum ejus ad alteram membri partem *τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων* quadrat, mente suscipiendum esse, quis nescit? Quare missa in v. *περισσεύειν* praestantiae notionem, cogitationem hanc „*instructum [pietate] esse*“ inde decerpemus h. m.: *nisi vestra virtus praestans fuerit — nisi virtute praestiteritis — magis, quam ea instructi sunt Pharisaei.* Sic autem ex h. l. illum, de quo nunc tracto, usum exulare, sponte apparet.

Sed huc profecto est referendus l. Joh. V, 36: *Ἐγὼ δὲ ἔχω τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου*, ubi quum ante *τοῦ Ἰωάννου* mente assumunt vulgo *τῆς μαρτυρίας*, ejusmodi, quod non liceat, committi aliquid, quum juste possim, non repetam equidem: hoc addam, ad probandam illam, qua *Jesu testimonium cum ipso Johanne* componatur, mentis celeritatem, hoc etiam valere debere, quod Jesu et Johannis oppositio, quam hic urget Christus, illa adjuvatur. h. m.: *honorificum mihi Johannes, vir egregius* [v. 35.], *dixit testimonium*

[v. 33.]; *sed ego testimonium habeo gravius Johanne.* [v. 36.] Quid sit de Hebr. 12, 24. κρείττον λαλοῦντι παρὰ τὸν Ἄβελ existimandum, nunc vel me tacente intelligetur.

At haec pauca e N. T. perlustrasse contentus, non sine voluptate nonnulla e codice hebraeo, quae cum praesenti causa conjunctissima sunt, delibabo. Puto enim, ne levem quidem docto et sobrii judicii viro relin- qui dubitationem, quin eandem in comparando sive bre- vitem, sive celeritatem frequentaverint Hebraeorum poetae. Non sum sane nescius, *Lowthum de sacra Hebraeorum poesi* editionis a *Rosenmüllero* curatae p. 104., quo loco de Ps. CX. 3. docte disserit, huic loco- rum generi ellipsin obtrudere, qua (si modo haec recte appellabitur ellipsis) ubi aliqua rei ratio cum universa alia re conferri videatur, ut Job. XXXV, 2. *הַמֵּן יָרִיךְ* *justitia mea est major, quam deus*, declarans illam ra- tionem vocabulum alteri rei mente vult praemissum, ut *הַמֵּן יָרִיךְ* pro *הַמֵּן יָרִיךְ יָרִיךְ* eodem modo dictum ex- istimaverit, quo in Johanne *τὴν μαρτυρίαν μείζω τοῦ Ἰωάννου* pro *τὴν μαρτυρίαν μείζω τῆς μαρτυρίας τοῦ Ἰωάννου* scriptum multi arbitrati sunt. Cum Lowtho nuper fecit etiam *Gesenius* Lehrgeb. p. 852. 6.; qui, quod suam regulam petitis e graecis latinisque scri- ptoribus certatim confirmare allaborarunt exemplis, hoc bene perspexerunt, esse hebraeorum graecorum- que locorum communem causam. Quamquam haec ipsa alio animum flectere debebant. Quis enim non videt, illud Euripidis *Androm.* v. 193. *ὡς ἡ Λάκαινα τῶν Φρυγῶν μείων πόλις*; non minus, quam illud Ho- ratii *Od. I, 1, 23. lituo tubae permixtus sonitus* [debe- bat enim, si vera erat Gesenii ratio; litui scil. sonitui scribi ab Horatio] hujus disputationis initio allatis h. esse adnumerandum? Oportebit igitur nos, ut quod- que in poetis hebraeis huic erit generi finitimum, ita illud eodem expedire modo; idque tanto rectius, quan- to illa ab animi impetu profecta brevis in compa- rando, quam, quae notiones singulas accurate dispo- nit, vel sobrietas, vel jejunitas sacro furore percitis est convenientior poetis. Plura sane loca, quae VV. DD. suo modo enarrata ad nostram disputationem accommodarunt, ita profiteor ab hujus generis socie- tate excludenda, ut rei partem cum universa altera re non per ingenii celeritatem, sed destinato consilio comparari contendam, velut *Caat. I, 15.*, ubi, qui

יִזְנִים pro עֵינָיָךְ עֵינֵי יִזְנִים dictum confidentius
 pugnaverit, non ille *amicae oculos* ob pulchritudi-
 nem jure meritoque cum *columbis*, *pulcra avi*, con-
 tendi meminerit, velut Ps. XVIII, 34. מְשֵׁהָ רַגְלֵי בְּמַלְיוֹהָ
reddis meos pedes, ut cervas, ubi item recte *pedes*
 loquentis componuntur *cum cervis*, quoniam hoc
 significat psaltes, suos pedes pernicitate similes fieri
cervis, velocissimae bestiae, ut, qui cum LXX sic ca-
 pere voluerit: ὁ καταρτιζόμενος τοὺς πόδας μου, ὡς ἐπὶ
 ἑλάφου [quamquam ibi etiam sunt, qui ἑλάφους
 praebeant, libri], poetae voluntatem non assecutus vi-
 deatur, velut Ps. CX, 3. ubi Lowtho v. מְרַחֵם מְשֵׁהָרָה
 מִלְּיָדָהּ מִלְּיָדָהּ pro מְשֵׁהָרָה לָהּ מִלְּיָדָהּ
 posita ratio quum illud infestum est, quod מִלְּיָדָהּ
 facilius ante מְרַחֵם, quam ante רַחֵם sine summa sententiae ambiguitate
 omitti poterat, tum obstat hoc, quod hac interpretatione
 poetae sententia mire debilitatur, qui regis, de quo lo-
 quitur, copiosam juventutem multo sane fortius cele-
 bravit, si eam, quod jure suo poterat, cum rore com-
 paratam numero suo aurorae, quicquid matutini roris
 est, complexum quasi uterum superare confirmavit
 h. r. *tibi erit juventutis tuae ros copiosior* (roris pleno)
aurorae utero (qui, quatenus multo rore abundat, recte
 dicitur copiosus), quam si cum Lowtho sic loquebatur:
*quam ros, qui ex aurorae utero proficiscitur, erit tibi
 numerosior juventutis tuae ros.* Neque ad meam cau-
 sam transfero Ps. XLVIII, 7. רֶעֶדָה אֲמֹנָהּ שָׁם הִיל בְּיֹלְדָהּ
 quum ibi non הִיל ante יֹלְדָהּ cum LXX [ἠδῶνες ὡς τε-
 κνούσης] mente repetendum sit h. s.: *dolores, ut dolores
 parturientis*, sed בְּיֹלְדָהּ, quod casu quarto locatum puta-
 bis, ad eos, qui verbo אֲמֹנָהּ latent, appositum appareat
 h. m.: *pavor eos ibi occupavit, dolor scil. eos occu-
 pavit, velut parturientem.* Sed ne ego iis, quae huc non
 pertinere videantur, colligendis diutius immoratus, eorum,
 quae meae disputationi consentanea sint, minorem curam
 habuisse convincar, nonnullis [nam ut omnibus, nihil est
 necessarium] locis supra propositam dicendi formam
 poetis hebraeis vindicabo. Itaque quod apud Jesajam
 est X, 10. מְסִלְיָהֶם מִירוּשָׁלַם יִמְשָׁרוּן non ita
 intelligendum est, quasi ipse poeta sic completam
 orationem voluerit: מְסִלְיָהֶם מִירוּשָׁלַם יִמְשָׁרוּן
 מְסִלְיָהֶם מִירוּשָׁלַם יִמְשָׁרוּן, sed superbus Assyrius per
 aliquam cogitandi celeritatem aliorum populorum
simulacra, non cum Hierosolymorum *simulacris*, sed cum
ipsis confert *Hierosolymis et Samaria* h. r.: *et eorum ta-*

men simulacra praestiterunt Hierosolymis et Samariae. Id quod egregie perspexit S. V. *Rosenmuellerus*, vir, cui me et sentio et profiteor multis nominibus obstrictum. Is igitur *Koppium*, cui illa loquendi ratio tam mira accidisset, ut in ipso textu aliquid omissum suspicaretur, his verbis rejecit: *innuit potius ejusmodi ellipsis in loquente aut scribente concitacionem et ardorem animi.* Unde Rosenmuellerum, quum mancam orationem illo, quem indicavi, modo explendam diceret, non poetam aliquid mente suppletum voluisse, sed qui concitatum concisumque sermonem ad vulgare dicendi genus redigere animum induxerit suum, eum vero illa ratione rem instituere oportere, putem significare voluisse. At, inquis, ferociter in meam sententiam coortus, num tu oblitus es, in graeca hebraeaeque lingua saepissime e praegressis aliquod mente esse ducendum vocabulum? Cur igitur hic ante ירושלים animo adjiciendum פסילי, praesertim quum e summa vicinia peti possit, tantopere detrectas? Audio. Sed quae res eos in utraque lingua fines habeat, ut, nisi in quod cogitatione repetendum vocabulum ultro quisque simplicis, perspicuae et venustae orationis idoneus existimator deferatur, ibi nullum e praecedentibus ducendi jus tibi concessum arbitrari liceat [non enim hic, quid contortus interpret recte ex ante dictis repeti sibi persuadeat, sed quid quisque repetendum e communi loquendi vel consuetudine, vel necessitate intelligat, quaeritur], eam ego rem non in graeca, de quibus disputavi, loca cadere, sed multo minus in haec hebraea, contendo. Et graecos quidem multis de causis improbable est, prius positi vocabuli repetitionem in istiusmodi l. lectori imposuisse. Nam sive insigni brevitatis studio duci se passi sint, *unius* plerumque *articuli* compendium fecerunt, ut v. c. Johannes V, 36. nihil, nisi post μελω addendum της lucratus sit, quem articulum, nisi mentis impetu abrepti *ipsas notiones* permiscuissent, opinor, adjecissent; sive quod facile e praegressa oratione derivari a quoque posse rati vocem bis cogitandam semel verbis suis illigarunt, nego id sine magna ambiguitate facere potuisse. Ubi-que enim minus accurate institutae comparationis suspicionem reliquissent: qua nixus facile quispiam arctissime copulaverit v. c. [την μαρτυριαν] μελω τοῦ Ἰωάννου, δυστυχεστέρου γάμον Ἐλένης. Quid autem ibi comminisceris, ubi grammaticas rationes tuae opinioni infestas esse paucis exem-

plis supra docui? At multo tamen citius de illa re mihi in graecis scriptoribus, quam in hebraeis persuaderi sinam. Nam illic quum genitivus suam quandam in quoque vocabulo habeat expressam speciem, ut, qui in Johannis l. l. τοῦ Ἰωάννου ἀ τῆς [μαρτυρίας], quod repetendum arbitratus fuerit, suspenderit, vel omissa vocula τῆς [μαρτυρίας] genitivum esse τοῦ Ἰωάννου videat, unde, obsecro, in hebraeo sermone, qui genitivum sequi contracta vocis, quæ eum ex se fundit, forma indicat, genitivum, extincto ejus indice, cognoscas, unde v. c. Jes. X, 10. יְרֵשְׁלַיִם quum non adscriptum legas קְסִילֵי, genitivum conjicere poteris? Nam ne ejusmodi loca primo obtutu speciosa, ut est Ps. LV. 7. tibi imponant, facile cavebis, ibi esse ad sensum conformatam structuram si reputaveris. Hic enim מִיִּיְהוָה לִי מִבְּרַחַם אֱלֹהִים כִּי־יִבְרָא non proxime cohaerent v. מִבְּרַחַם אֱלֹהִים *alam, velut alam columbae*, sed כִּי־יִבְרָא recte ad verbum מִיִּיְהוָה לִי referri tum apparebit, quum מִיִּיְהוָה לִי sensu suo idem esse consideraveris, quod *utinam possideam alas*. Quare non credo dubitari posse, quin istiusmodi locis eadem illa in comparando insideat velocitas, qua Graecos usos esse certissimum est. Sic, ut paucis defungar, Ps. IV, 8. שִׂמְחָה בְּיָמֵינוּ מִשִּׂמְחָה בְּיָמֵי הַדָּבָר וְהִירוּשָׁם poeta suum *gaudium* non cum *gaudio* laeti temporis, sed cum *laeto tempore* ipso comparavit et Jes. 52, 14. כִּי־תִשְׂחָח מִפְּנֵי מַאֲשַׁח מִפְּנֵי מַאֲשַׁח *deformatatem vultus* non cum *deformatate speciei hominum*, sed per ingenii celeritatem cum *ipsis contulit hominibus*, ejus, de quo loquitur, hominis *vultum et formam magis deformem, quam homines*, dicens. Sed quæ loquendi ratio, exposita ejus origine et causa, facile potest a quoque ad ea, quibus inest, revocari loca, eam non est, quod multis hic, praesertim quum undique concurrant, exemplis dilucidem. Quare malo, priusquam hanc meam disputationem concludam, aliud locorum genus meae causae finitimum paucis examinare.

Vidi enim, Grammaticorum [ut *Gesenii Lehrgeb.* p. 837. 2.] eam regulam, qua praepositio ꝫ post conjunctionem ꝫ saepissime ab Hebraeis omissa sit scriptoribus, eo niti, quod sublimes poetarum comparationes minus recte intellectae sunt. Cui regulæ jam hoc justam conflaverit suspicionem, quod et nulla patet ratio, cur post ꝫ sermoni detrahère ꝫ licuerit, et loca, quibus defensam volunt regulam, e *poetis* deprompta sunt. Haberet regulam, quo niteretur, si ꝫ simul suam compa-

randi, simul praepositionis א, quae Ablativum exprimat, vim habere ostendi posset. Quod quum non possit, qui apud Hebraeos א post א omitti contendet, eum eodem equidem numero putabo, quo, qui aliquando forsitan, post quemadmodum v. c. pro: *neque ita tamen fortuna ibi afflixit Romanos, quemadmodum die Alliensi* a Latinis recte dici: *neque ita tamen fortuna ibi afflixit Romanos, quemadmodum dies Alliensis* confirmare sustinebit. Sed longa tamen alio tempore commodius instituenda disputatione implicarer, quo miris praepositionis א, quae apud Hebraeos usitatae fuerint, ellipsis occupatos animos religione liberarem, nisi illam regulam multorum apud poetas enervatorum locorum criminis opportune liceret condemnare. Nam quis est, sensu venusti vel leviter instructus, quin Jes. IX, 3. concitatori poetae sermoni magis esse consentaneum sentiat, hoc dici: *fore, ut Jehovah confringat impositum populo judaico jugum et iniqui exactoris baculum, ut olim perniciosus Midianitis* [at Hebraeis salutaris] *dies* [Jud. VII. et VIII.] *hostium impotentiam dissolverit, quam: Jehovah injectum humeris vectem eversurum esse, ut calamitoso illo Midianitarum die?* Similiter Jes. I, 25. poetae memor fueris, vv. אֶזְרֶיךָ בְּנֵר סַבְרֶיךָ sic interpretatus: *expurgabo tanquam sal lixivii* [cujus est taetra in separandis scoriis vis] *tuas scorias*. Neque committendum, ut poetam sua gravitate exuamus, Jes. LI, 9. vocabulis אֶזְרֵי יְהוָה וְזֵרֵי עוֹלָמִים sic enarratis, *exciteris* [brachium Jehovae] *ut diebus pristinis, aetatibus antiquis*. Quin sententia est haec: *excitare, ut dies pristini, aetates antiquae* sc. excitabantur. Tribuit enim poeta vetusto tempori, quae eo per Jehovae brachium facta sunt. Idem habes Amos. IX, 11. וּבְנִיהֵיהָ בְיָמֵי עוֹלָם id [nempe tentorium Davidis], quemadmodum dies antiqui. [LXX καὶ ἀνοικοδομήσω αὐτὴν (τῆς σακηνῆς Δαυὶδ) καθὼς αἱ ἡμέραι τοῦ αἰῶνος.]. Dicit enim *praeterlapsum tempus extruxisse* Davidis tentorium, quum solutae orationis scriptor ita hanc sententiam exprimere maluerit: *id illo tempore fixum esse*. Neque ulla ratione diversa sunt haec l.: Hos. 9, 9. הַעֲמִיקוּ שְׁחָתוֹ בְּיָמֵי הַגְּבֵעָה *sunt valde perdit, quemadmodum* (pessimo facinora Jud. XIX, 15 sq. אֶשְׁנֶינָה) *tempus Gibeae*. Hos. 12, 10. עוֹ אוֹשִׁיבָהּ בְּאֶהֱלִים

ימי סוכה i. e. non *sicuti diebus festi, sed sicuti dies festi* vos collocant in tentoriis. Locum denique Job. 30, 14. ipse *Gesenius* in Lexico maj. s. v. פָּרַח cum Chaldaeo ita explicuerat, ut mirum sit, eum ab hac sua sententia posthac deficere potuisse. Sed ut his l., de quibus pauca modo disputavimus, male fulsa sit illa, quam notandam censuimus, regula, ita eam centenis millibus exemplorum, quae quis protulerit, non confirmari posse sat scimus. Tanta est enim mentis humanae in omnibus linguis necessitas, ut, quae *re* nulla sint, ea *exemplis* stabilire frustra studeas. Quare magna spes est, si, quo philosophiae lumine nostra memoria collustrata est lingua graeca, id in linguas semiticas transfundatur, brevi fore, ut ingens illa ellipsium, pleonasmorum, enallagum similiumque figurarum cohors, unde temere est evocata, geennae sit reddita.

Sed quum istam in comparando brevitatem iis, quae supra disserui, idoneis argumentis divinis utriusque Codicis scriptoribus vindicasse videar, ita huic disputationi finem imponam, ut, quemadmodum in hujus generis locis VV. DD. eo errarunt, quod contra, quam licuit, aliquam vocem e praegressis repeterent, ita alibi hoc contrario vitio prolapsos ostendam, quod e sequenti oratione duci vocabulum loco alieno juberent. Putarunt enim [v. c. *Kuinoel*, ad *Matth. XVII, 18.*], pronomina interdum ita adhiberi, ut ipsi scriptores, quum ea ponerent, deinceps demum ipsa accuratius constituere voluerint. At insanus fuerit, qui id tanquam certum atque notum afferat, quod infra primum declarare decreverit. Quin omnia ejusmodi l. sic sunt explicanda, ut statuas, scriptorem in re, quam ut sibi, ita cunctis cognitam esse arbitraretur, locasse simplex pronomen, sed quum aliquid obscuritatis non commemorata distincto vocabulo persona residere post animadvertisset, in sequentibus vagam et incertam rem explevisse. Usitatum id etiam esse probis scriptoribus, doceant *Gesnerus* et *Hemsterhusius* ad *Lucian*, *Nigrin.* §. 6. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οὐκ αὖτις. E Codice hebraeo loca collegit *Gesenius* *Lehrgeb.* pag. 740. Sed hanc ipsam loquendi rationem existimo male ad genus locorum proorsus diversum translata esse. Id nonnulla exempla satis declarabunt. Et *Matth. XVII, 18.* quidem *Kuinoelius* post *Wolfium* aliosque *καὶ ἐκείνησιν*

αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμό-
 νιον· ad pronomen αὐτῷ repetendum censuit e se-
 quentibus δαιμόνιον vocabulum, *abusus ille* pro more
 suo *locis parallelis* Marc. 9, 25. Luc. 9, 42., ubi Je-
 sus impurum spiritum increpuisse traditur, ut monu-
 it *Winerus* Gr. pag. 48. Hic igitur, faciens cum
 graecis interpretibus [Theophyl. ἐπιτιμῆσε δὲ αὐτῷ ὁ
 Ἰησοῦς, τινι; τῷ σεληνιαζομένῳ] quamquam non fu-
 tili horum argumento, sed praeclara hac confisus ob-
 servatione: *hominem a malo genio vexatum et daemo-*
nem; qui eum vexet, saepe confundi in evangeliiis,
 αὐτῷ ad lunaticum ipsum referre mavult, ad quam
 sententiam eum verba proxime praegressa φέρει μοι
 αὐτὸν ὡςδε haud dubie perduxerunt. Sed quanto ego
 accuratius verba expendo, tanto facilius adducor, ut
 Matthaeum pro simplicitate sua singula membra per
 καὶ annexuisse arbitrer: καὶ ἐπιτιμῆσεν αὐτῷ ὁ
 Ἰησοῦς, καὶ ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ δαιμόνιον: quae
 participiorum adjuncto contrahere consueverint alii:
 καὶ ἐπιτιμῆσαντος τοῦ Ἰησοῦ ἐξῆλθε τὸ δαιμόνιον. At-
 qui in his logica ratio ita habet, ut ἐξῆλθε τὸ δαιμό-
 νιον primarium, ἐπιτιμῆσαντος αὐτῷ [τῷ δαιμόνιῳ]
 τοῦ Ἰησοῦ ipso sensu secundarium esse liquido ap-
 pareat. Quare Matthaeum priori membro αὐτῷ,
 posteriori τὸ δαιμόνιον jure suo scripsisse existimabi-
 mus. Ceterum animi causa, quia oppido lepidum est,
 Euthymii Zigabeni huc transscribam placitum. Μάρ-
 κος καὶ Λουκάς φασίν, ἵνα ἐπιτιμῆσε τῷ πνεύ-
 ματι τῷ ἀκαθάρτῳ. καὶ ἀμφοτέροις γὰρ ἐπέ-
 ταξε, τῷ δαιμονιζομένῳ μὲν, σωφρο-
 νεῖν, τῷ δαιμόνι δὲ, φυγεῖν. Hinc etiam
 intelligas, quo diversis fraternam societatem concilian-
 di studium locis insanum pios homines perduxerit.
 Huic l. addendum puto Act. II, 4. καὶ ὥφθησαν αὐ-
 τοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός, ἐκάθισέ τε ἐφ'
 ἕνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύμα-
 τος ἁγίου. Ibi quid subjecti loco ad ἐκάθισε adiiici de-
 beat, ambigentibus VV. DD., primo fuerunt, qui πῦρ
 appeterent e v.: ὥφθησαν αὐτοῖς διαμεριζόμεναι γλῶσ-
 σαι, ὡσεὶ πυρός. Perridicule: utut isthaec opinio pla-
 ceat S. V. *Kuinoelio*. Quum enim lingulae illae non
 sint vere et proprie dictae *igneae*, sed ὡς εἰ πυρός,
 in quo mera inesse debet comparatio [dicuntur autem
 lingulae igni similes, quoniam non combūrebant qui-
 dem ignis modo, sed lucebant tamen, ut ignis], quid,

quaeso, commento inanius eo, quod comparationis vi adjectum pro plenae notionis vocabulo tractat? Qui vero vocem *γλώσσαι* subjectum esse voluerunt, ii ante omnia tam repentinam, tamque violentam numerorum permutationem [*ᾠφθησαν — γλώσσαι — ἐκάθισέ τε*] exemplo debebant idoneo comprobare. Postremo qui unice veram explicationem approbarunt [*Wolf. Heumann. Heinrichs.* al.] quum *πνεῦμα ἄγιον* subjectum esse intelligerent, ii tamen errarunt in genere duplici: primo, quod hanc *ellipsisin* crepantes, quid sit ellipsis, non reputarunt: nihil autem vanius, quam si vocem, quae in ipso l. adest, unde ad aliud animo repetenda est, per *ellipsisin* abesse somnies; deinde quod e sequentibus huc traduci *πνεῦμα* opinati sunt. Nam quum *ἐκάθισέ τε* [lectionis *ἐκάθισάν τε*, ut quam removendi offensionem, quae in *ἐκάθισέ τε* inerat, importuno studio deberi cuivis pateat, nullam puto habendam rationem esse] ἐφ' ἓνα ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος ἁγίου, si sensum respicias, idem sit, quod brevius ita enūntiaveris: *καθίσαντος ἐφ' ἓνα ἕκαστον αὐτῶν = ἐπλήσθησαν ἅπαντες πνεύματος*, cur dubitamus, quin idem, quod supra Matthaeo, hic licuerit Lucae, ut oblitteratam in secundo membro vocem *πνεύματος* tantum in primario exhiberet? Illud autem non tacendum, quod *Kuinoel.*, quando *ἐκάθισε τὸ πνεῦμα* formulam insolentem et sine exemplo obtendit, non cogitavit, semet ipsum hoc, quod opinatus est, crimen non declinasse, quum *πῦρ*, aut *γλώσσαι* ejusdem tamen velit esse cum *πνεύματι* potestatis et personae. Conflictabimur denique cum eodem *Kuinoelio* de l. Act. XII, 21. *Τακτῆ δὲ ἡμέρᾳ ὁ Ἡρώδης ἐνδυσάμενος ἐσθῆτα βασιλικήν, καὶ καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς· ὁ δὲ δῆμος ἐπεφάνει κ. τ. λ.* ubi, quod πρὸς αὐτούς ad Tyriorum Sidoniorumque legatos v. 20. vv. ὁμοθυμαδὸν παρήσαν πρὸς αὐτὸν quodammodo indicatos illos, retulit, id vehementer improbamus: tum quod *δημηγορεῖν* non est: publice dicere, sed in concione dicere, sive populi, ut hic, sive militum, ut in quibus aliis l. ille attulit, tum quia vv. seqq. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφάνει claro sunt documento, fortiter de duobus hic loquentem scriptorem sibi inter ipsa opponere oratorem et concionem h. m. Stato die *Herodes* in concione ad populum dixit: at *populus* exclamavit; ut taceam, si cum solis legatis Herodi res esset, vix

publice hunc processurum esse. Ne multa: πρὸς αὐ-
 τοὺς de populo dictum est, et recte quidem. Existi-
 mabis enim Lucam δῆμον notionem vel e v. ἐδημηγό-
 ρει [in concione verba fecit — πρὸς αὐτούς ad eos,
 h. e. ut quivis videt, ad congregatam turbam], vel ex
 universa vicinia, ubi, quae commemoraverat, specta-
 bant omnia ad solemnem concionem [ἐνδυσάμενος
 ἑσθῆτα βασιλικήν — καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος — ἐδημη-
 γόρει], quam e sequenti ὁ δὲ δῆμος duci maluisse.

§. 2.

*Positivum gradum, qui dicitur, quum omnino
 vi propria plane amissa non posse dici, tum
 in Superlativi regnum nunquam invasisse de-
 monstratur.*

Non posse quidvis pro quovis poni temere, qui
 error nimium diu multorum occaecaverat mentem,
 nuper clarorum hominum opera et studio intellectum
 est. Etenim qui, ut hoc afferam, numero utitur sin-
 gulari, causam debet habuisse, quare posthabito plu-
 rali anteponeret singularem, ut veteres scriptores non
 illustrare, sed obscurare illos putem, qui enallages
 benigno adjumento permutatum numerum, casus, ge-
 nera, gradus, denique cuncta observent. At in hoc
 genere saepe et reperi et miratus sum, in ejusmodi
 exemplis, ubi aliud, haud raro contrarium, collocari
potuisse facile concedas, continuo nescio quam confu-
 sionem obtinere censi: siquidem, quod *possis* facere
 ab eo, quod *debeas*, adeo discrepat, ut demonstrato,
 potuisse aliud adhiberi, illud, quod usurpatum nunc
 videas, ineptum esse minime appareat, quum animo
 conceptas notiones verbis enuntiandi campus latissime
 pateat plurimisque modis eadem possit res significari.
 Nostra vero aetate, quam istiusmodi cuncta excusandi
 vel defendendi machinas fortiter reformidare grati
 agnoscimus, nescio an in aliud vitium inciderint qui-
 dam, quando a grammaticarum figurarum vocabulo
 magis, quam sensu abhorrentes speciosa exempla sic
 communiunt, ut rejecta *ellipsi*, *breviloquentiam* sub-
 stituant; remotis *pleonasmis*, mire Graecos in nonnul-
 lis vocibus *luxuriari* annotent, extincto *enallages* no-
 mine dictum aliquid esse, quum *alterum exspectes*, af-

firmant. Quos quidem non re ipsa ab antiquiorum instituto recedere, sed ejus, quod res est, dilucidationi callide se subducere perspicuum est. Rectius, opinor, in hoc allaborabimus, ut, quo ipso usus est scriptor, id, quale sit, quam rationem habeat, unde profectum sit, quo iam abstinuit idem, cur aversatus videatur, pro virili parte planum faciamus.

Et nunc quidem eos refutare constitui, qui positivum pro superlativo in N. T. locatum pugnaverunt, rationemque locorum ad illam opinionem temere detortorum aperire, in qua disputatione non mirabitur, qui me in linguae hebraeae campos exspatiari animadverterit. Solent enim, quod in alia lingua factum affirmantibus nemo crediderit, *id vero in linguae hebraeae mysteriis esse* ambitiosius contendere. Est autem, quod dicis causa praemittendum puto, illa, qua positivum in superlativi possessionem involasse in N. T. opinantur, sententia ejusmodi, quae nullis possit profanorum scriptorum l. firmari. Quibus enim *Fischerus* ad *Weller*. III. a, 326. rem comprobare conatus est, ea sunt sane tum paucula, tum perquam aliena. De l. *Xenoph. Cyrop.* 7, 2, 4. ἐν τῇ ἀρπαγῇ εὐ οἶδ' ὅτι οἱ πονηροὶ πλεονεκτῆσειαν ἄν ipse respicit *Fischerus*; sed non magis *Sophocl. Antig.* v. 72. καλὸν μοι τοῦτο ποιούση θανεῖν, *pulcrum mihi sub hac conditione, ut fratrem sepelire liceat, est mori*, utut exponat *Schol.* καλὸς μοι ἔσται ὁ ὑπὲρ ἀδελφοῦ θάνατος, τουτέστιν εὐκλεέστατος, afferri debuisse, quem fugit? Postremo quem *Kuinoelius* ad *Matth.* V, 19. de suo addidit l. *Diod. Sicul.* p. 544. Β. μεγάλην βασιλειαν τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην περιεποίησατο, is ne tum quidem, quum μεγάλην sanum esse demonstraveris, ullo in hac causa momento fuerit. Nam eodem jure, quo alibi τὴν μεγίστην τῶν μοναρχιῶν sibi peperisse dicitur *Philippus*, magnum eorum, quae in Europa invenirentur, imperiorum comparasse hic legatur. Sic enim cetera omnia *parva*, *Philippi* unum appellaretur *magnum*. Sed optime ibi habet *Stephani* et *Wesselingii*, *μεγίστην* restituentium, conjectura propterea, quod hic ad alium l. ejusdem sensus et eorundem paene verborum, ubi tamen in v. *μεγίστην* omnes consentiunt, ita alluditur, ut, quod in illo est, *μεγίστην* in hoc reponi debeat. [Cf. *Wesseling.*]. Sed si quis fortasse hujuscemodi plura l., ut positivum pro superlativo a profanis poni scriptoribus

evincat, mala sedulitate congerere sustineat, eum clare exposito in hujus generis l. positivi et superlativi discrimine, ut irriti consilii poeniteat, effecturos nos speramus. Est autem tota causa haec, ut, si unum dicas v. c. *magnum*, quod opponas, necesse sit tibi *non magnum* videatur: sin *maximum*, alia ut *magna* quidem, at *minus* tamen, si ad maximum comparentur, *magnitudinis nomine excellentia* consideres. Quam mentis humanae necessitate nixam regulam neque a N. T. scriptoribus, neque ab ipsis Hebraeis violatam unquam esse quo appareat, *Vorstium* [de Hebraism. p. 419 — 429.], contrariae sententiae locupletem auctorem, nunc inprimis exagitabo, eo lenius tramissis recentioribus, quo magis his suam disciplinam probavit *Vorstius*, ut et hos et *Vorstium* erroris convincere unius sit operae. Ac quae primo obijciunt verba Pharisaei Matth. XXII, 36. διδάσκαλε, ποία ἐντολή μεγάλη ἐν τῷ νόμῳ; et Jesu v. 38. αὕτη ἐστὶ πρώτη καὶ μεγάλη ἐντολή, summo consensu ita enarrata: *magister, quale praeceptum est gravissimum in lege*, et: *hoc est primum et gravissimum praeceptum*, ea sunt sic explicanda: *quodnam praeceptum in toto legis corpore magnum est = excellit, praestabile, insigne est*, et: *hoc est primum et vere magnum praeceptum*. Nam noli indignari, quod sic unum praeceptum magnum dicatur, reliqua parva declarentur, quandoquidem tum reliquae legis regulae *non per se*, sed *si ad unum illud insigne praeceptum comparentur*, parvae appellantur. Neque v. 38., ut *μεγάλη* pro *μεγίστη* capias, valere potest. Nam ut *primam* legem simul *gravissimam* recte contendas, eam tamen quidni *magnam* dicas hac lege, non ut cum *minoribus*, sed cum *parvis* compares? Ceterum sponte intelligitur, perversissime agere, qui v. 39. δευτέρα δὲ ὁμοία αὐτῇ vertunt: *alterum illo non inferius, deterius*. Sive enim mihi assentiaris, unum magnum, reliqua ad illud parva dicta existimanti, unum e parvorum numero magno illi *par* nequit esse, seu cum *Vorstio* aliisque sentiens *μεγάλην* pro *μεγίστην* sumas, non magis potest unum de minus magnis par declarari maximo. Unde recte *Schottus* post alios reddidit: *secundum illi simile est*. Vix enim dubitabis, quin diversae aliorum librorum lectiones *δευτέρα δὲ ὁμοία αὕτη* et *δευτέρα δὲ ὁμοία ταύτη* a correctore, qui, quam explicuimus, sensisset

difficultatem, natae sint. Transco ad Matth. V, 19. ὃς ἐὰν λύσῃ μίαν τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, καὶ διδάξῃ οὕτω τοὺς ἀνθρώπους, ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν· ὃς δ' ἂν ποιῇ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ubi, qui ex opposito ἐλάχιστος concludunt, μέγας idem esse, quod μέγιστος, argumentum promunt vile et insigniter imbecillum, primo quia ἐλάχιστος aperte originem debet lusui verborum ad praecedens, τῶν ἐντολῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων, deinde quod ἐλάχιστος κληθήσεται et μέγας κληθήσεται vel sic optime coeunt: *qui negligit, valde tenuis, qui praestat, magnus vocabitur*, postremo, quod summum est, quia, si μέγας pro μέγιστος accipiatur, plane falsa exit sententia, quum quis observatis minoris momenti legibus *magnus* fiat, *minime vero maximus*, cuius nominis honor illi, qui summa praecepta tenuerit fideliter, integer maneat et illibatus. Sunt autem hic in transversum abrepti praeter studium regulae exemplis corroborandae ambitiosum eo, quod ἐλάχιστος et ὁ ἐλάχιστος quid differant, minus attenderent. Minore etiam mole profligare licebit l. Matth. XX, 26. ὃς ἐὰν θέλῃ ἐν ὑμῖν μέγας γενέσθαι, ἔστω ὑμῶν διάκονος· καὶ ὃς ἂν θέλῃ ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω ὑμῶν δοῦλος. Omnis quippe offensa evanescet, si reddas proprie: *qui voluerit inter vos magnus esse, vobis ministret, et qui inter vos primus esse constituerit, servus sit vester*. At, inquit *Vorstius*, ut μέγας pro μέγιστος dictum arbitraris, flagitat, quod sequitur, πρῶτος. Non ita, o bone. Tantum enim abest, ut ex πρῶτος colligere μέγας pro μέγιστος locatum tibi liceat, ut utrumque tempore adhibitum esse ad hujus. l. gradationem attententi non possit esse obscurum: qui *magnus* inter vos esse voluerit, *ministeria* vobis *praestet*, qui *primus* [= maximus], *ad* vestrum se *servum* deprimat. Quodsi alias Matthaeus [XXIII, 11. c. Luc. XXII, 26.] in causa eadem gradu usus est comparativo, cur id non, re aliter informata animo, impune fecerit, aut quem talis variatio, quae sensus tamen summam eandem praestet, gratiae afferens emolumentum, morabitur? Quod in transcurso declarat *Vorstius*, comparativum superlativi fines occupasse; id a nobis alibi nuper explosum omnino silentio praeteriremus, nisi magno errore l. Cor. XV, 19. ἐλαυνότεροι πάντων [?] ἀνθρώπων ad id genus detorsisset, in

quo notandus est. Sed quod *Sebastianus Castalio* huc retulit loca talia I. Cor. I, 27. τὰ μωρὰ *) τοῦ κόσμου [mundi *stultissima*] τὰ ἀσθενῆ τ. κ. [m. *infirmissima*] τὰ ἀγεννῆ τ. κ. [m. *ignobilissima*], id ne in mentem venisse quidem debuerat unquam, quum graviorum istum gradum ab illo viro aliunde ascitum aut hic plane ne adesse quidem, aut in vi illis adjectivis peculiari [velut μωρὸν *plane absurdum*. indicans i. e. quod *stultissimum*] comprehensum et involutum jacere facile emergat. Quamquam quid talia consector et diluo, quae omnia [adde δὶα θεῶν ex Homero et I. Cor. XII, 23. τὰ ἀσχημονα ἡμῶν] inconsiderate nostrae causae subjecta esse ipse senserit *Vorstius*? Pariter refutatione non eget, quod *Wahlius* in Clavi p. 1048. Hebr. I, 3. ἐν ὑψηλοῖς pro ἐν ὑψίστοις positum credulis persuadere conatur. Nam ut quis τὰ ὑψηλά coelum recte dici intelligat, nihil est necessarium, nisi, ut et ipsam rem, et usum hebraeum vocc. כִּתְּרָה contueatur. His conclamatis jam succenturietur I. Luc. I, 28. Χαῖρε κεχαριτωμένη· ὁ κύριος μετὰ σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν! ubi se mire torquet *Vorstius* congestisque undique ad confirmandam participii εὐλογημένη pro superlativo vim id effecit, ut mortuo eum verba fecisse liquido appareat. Explico: *Salve, magno beneficio affecta; dominus tibi adsit propitius; fortunata es reddita inter mulieres.* Fuerit enim vel per se satis mirum, si ad εὐλογημένη, nescio unde, notio superlativi accedat, quum hoc participium sit verbi, cui quod inest, idem debet nec deminutum, nec vero adauctum ejus participio declarari, non adjectivum, cui si quando minus definita certo limite inest notio, ampliorem sensum eo comprehendi facilius fortasse adducaris. Sed litem una plaga diremturus medium se interponit *Vorstius*. De positivo εὐλογημένη intelligi non potest, inquit; sequeretur enim, solam inter mulieres εὐλογημένην *Mariam* fuisse. Atqui praeter eam mul-

*) Hic mihi in mentem veniunt talia, ut τὰ ἄνω, τὸ πέραν, τὰ ἔξωθεν, de quibus docte disserenti *Winer* in Gr. p. 41. omnino assentimur, nisi quod in hisce adverbium adjectivi s. substantivi naturam induisse nobis quidem non persansit, qui potius ὄν, γένόμενος et similia suppressa credamus, quo probato Adverbii sua manebit salva vis.

tae quoque aliae εὐλογημένοιαι fuere. Non equidem hanc aliis etiam feminis divinitus suppeditatam felicitatem negabo, sed ei, quod inde demonstrare vult, *εὐλογημένη* superlativi praeditum vi esse, confidenter repugnabo. Non enim, quando Maria sensu praecipuo vocatur *εὐλογημένη ἐν γυναιξίν*, illa aliarum mulierum beatitas *omnino* tollitur, sed quatenus eam Mariae beatitudo sic vincit, ut illarum ad hanc comparata prorsus evanescat, una Maria, quae felix praedicari recte queat, superstes maneat. Ante vero, quam ad similem Hebraeorum consuetudinem digrediamur, pauca alia subjiciam l., a crimine enallages, quae iis adhaerere a claris viris putatur, eo liberanda impensius, quo magis hanc culpam suamet natura deprecantur. Primus sit Luc. X, 42. *Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς.*, ubi quod *Kuinoelius*, utrum *τὴν ἀγαθὴν μερίδα praestantiorē*, an *praeclarissimam portionem* interpreteris, eligendi optionem concessit, quod haud sane in h. l. quadret, finxisse existimandus est. Tantum nempe abest, ut Mariae partes aut *optimae*, Marthae *bonae* saltem vel *mediocres*, aut illae *praestantiores*, Marthae *minus insignes* illic afferantur, ut, nonnisi altera bona, altera mala proposita sorte, Marthae sollicita et provida cura res domesticas administrantis *mala*, Mariae contra Jesu sermonem atente excipientis *bona* jam dicatur particula. Cave igitur, ejusmodi quid, quod a sententiarum ordine et singulari loci indole abhorreat, obtrudas, quod jam olim accidit Theophylacto ita philosophanti: *μέγα μὲν τὸ τῆς φιλοξενίας ἀγαθὸν, ὅπερ ἡ Μάρθα ἐπεδείκνυτο καὶ οὐκ ἀπόβλητον, μείζον δὲ τὸ προσέχειν τοῖς πνευματικωτέροις* [lege *πνευματικοῖς*] *λόγοις.* Neque levius peccasse illi videntur, qui I. Cor. VI, 4. *Βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια εἰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε;* in voce *ἐξουθενημένους* superlativi vim extrinsecus ita accersunt, ut vertant: *contemptissimos, despiciatissimos.* Nam sensum hunc in ipso v. *ἐξουθενείσθαι*, quod est ita *despici*, ut, *qui contemnatur*, in *nullo amplius numero habeatur*, plene esse repositum neminem praeterire debebat. Postremo ex his etiam l. Hebr. IV, 14. X, 21. XIII, 20. de positivo superlativi l. collocato optionem exterminare, paucorum indiget verborum. Male enim Hebr. IV, 14. *ἔχοντες οὖν ἀρχιερεῖα μέ-*

γαν pro ἀρχιερέα μέγιστον cum Vorstio accipias. Nam *summi pontificis* notio iam voce ἀρχιερέως inclusa tenetur et dicitur Jesus *magnus* esse *pontifex maximus*, quoniam is, non ut illi, qui his in terris operabantur sacris, sanctuarium hierosolymitanum, sed *ipsum coelum* intravit [cf. sqq.]. Idem X, 21. ἱερεὺς μέγας h. e. non *pontifex maximus*, sed *magnus sacerdos* appellatur. Scriptor enim non ejus, tanquam summi pontificis, dignitatem, sed eximiam ejus indolem enuntiare vult. Ut eum ἀρχιερέα potius, quam ἱερέα nominaret, propterea non fuit necessarium, quoniam ejus, quo summus esset coelo praepositus pontifex, honorem jam satis celebraverat [v. c. IX, 11 seq.]. Restat XIII, 20., ubi Jesum τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν appellari non *summum ovium pastorem*, sed *ovium pastorem, qui κατ' ἐξοχήν sit magnus*, ut ceteri omnes ad eum comparati non possint pro magnis haberi, nemini ambiguum fore existimamus.

At erit fortasse, qui meam, quae positivo suam ubique in N. T. potestatem vindicare conata est, disputationem eo convellere studeat, quod ille usus e sermone hebraeo, ubi hanc positivi vim aegre in dubitationem vocare possis, [cf. Gesen. Lehrgeb. p. 691 seqq.] in N. T. facillime fluxerit. Quorum Hebraeorum lingua confirmari potius, quam debilitari nostram disputationem crediderimus. Sane Hebraei linguaeque propinquitate conjuncti cum iis populi ibi positivo usi reperiuntur, ubi aliae gentes superlativum posuissent; quod quum natura exemplorum a linguarum semiticarum Grammaticis commode congestorum, tum illud declarat apertissime, quod qui libros graece scriptos in has linguas transtulerunt, positivum exhiberent, ubi Graeci superlativum collocassent. Sic, ut uno defungar exemplo, Matth. XXV, 40. ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων Syrus sic reddidit: لبنك خير من لبن اجدى Quod num propterea factum existimabimus, quoniam apud has gentes positivus idem prorsus valuerit, quod apud alias superlativus? Minime vero. Imo illis *quod comparationes mente aliter concepissent*, ut singularem superlativi formam effingerent, non necessarium visum est. Quare quum superlativus conditionem exprimat, quae et ad alias inferiores referenda sit, et

relationis expertem positivi conditionem comprehendat, ut, si dicam *doctissimum*, intelligam et *omnibus aliis doctiorem* et *sine aliorum contentione doctum*, Hebraei illam conditionem sic animo informaverunt, non ut eam inventa peculiari superlativi forma *ad alias ejusdem generis minores* conferrent [sapientissimus i. e. sapientior *ceteris sapientibus*], sed ut per positivum vel praemisso articulo, vel annexo genitivo certis limitibus circumscriptum enuntiatam *contrarii generis conditioni* opponerent. Sic I. Sam. XVII, 14. Davidem *natu minimum* Isaji filium fuisse eo indicatur, quod וְהָיָה ה. e. κατ' ἐξοχήν *parvus* dicitur, quo unus *parvus*, ceteri ad eum comparati declarantur *magni*. Vides, quam sic idem Hebraei dixerint positivo, quod alii Davidem adscitō superlativo *natu minimum* nominantes. *Nam qui cum aliis collatus magnis erit parvus, ille idem cum aliis comparatus ninus parvis sit minimus* necesse est. Similiter *pulcherrimae* feminae cogitatio Cant. I, 8. sic enuntiata est, ut וְהָיָה בְּנַשִּׁים h. e. *pulchra* [sensu praecipuo] *inter mulieres* dicatur. Nam ad quam ceterae omnes collatae sunt non pulchrae, adeo, ut illa *solu pulchra* dici queat, eadem, si cum aliis *minus pulchris* contendetur feminis, *pulcherrima* appellanda erit mulier. Aequē recte Jon. III, 5. pro eo, quod alia usus lingua sic proferas: *Ninivitae vestibibus lugubribus induebantur, a natu maximis, quos habebant, usque ad minimos* sic locutus est: מִדְּרוֹלִים וְעַד-קַטְנִים, quum, qui omnes in magnos tantummodo et parvos distribuerit, si omnes comprehendere constituerit, cum Jona, qui magis minusve magnos et parvos distinxerit, cum iis, qui propter id efformarunt superlativum [a maximis usque ad minimos] facere debeat. Neque aliter, ut obiter moneam, illam locutionem explicabis, qua Hebraei finitimaeque gentes [cf. *Gesen.* l. l. p. 692. c.] superlativi conditionem fortissime declararunt, ut v. c. Cant. I, 1. שִׁיר הַשָּׁרִים ideo praestantissimum carmen significet, quod omnium carminum, quae vulgo appellantur carmina, unum hoc nomine dignum cogitaretur. [His similia apud Graecos vide apud Musgrav. ad Soph. Oed. Tyr. v. 385.; sed quod in Aeschyli Persis est *δέσποτα δεσπότην, πιστά πιστών*, id ab Hebraeis sumtum esse docet *Herm.* in Dissert. de versibus apud Aeschyl. spuriiis. Item Soph. Trach. v. 330. *λύπη λύπης* depravatam judicat.] Sed quum apertis fontibus, unde manaverit

ille Hebraeorum loquendi mos, dispicere satis et exempla omnia explanare sua quisvis possit opera, his oblitteratis finem nunc faciemus disputandi, hoc effectum a nobis rati, positivum sua regione contentum ne in sacris quidem literis infesto unquam agmine alienos fines transgressum esse.

§. 3.

Quidnam de iis l. judicandum sit, disceptatur, quae clare enuntiata per protasin conditione, apudosi destituuntur.

Quum omnino Graeci pro mentis vigore illius gentis admirabili non plenissime singula exprimunt, sed primaria quaeque attulisse contenti nonnihil et legentis sagacitati sponte assequendum relinquunt, tum haec lex potissimum valet in enuntiationibus, quae a conditione ipsis indita nomen invenerunt. Quales loci quoniam ita demum, si omissas voces vere et feliciter expleas, bene enucleentur, cavendum inprimis est, ne illatis, quae remota, e longinquo arcessita, aliena judicari debeant, ipsam scriptoris voluntatem derelinquas. Quam gravem culpam cur opinione saepius commeruerint VV. DD., ignoro equidem; credo tamen aliis curis districto animo spinosae rei disquisitioni interdum minus vacasse.

Certe id ipsum accidisse magna suspicio est, quem primum jam enarrabo, in l. impedito Marc. IX, 23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τὸ· εἰ δύνασαι πιστεῦσαι· πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. ubi articulus τὸ unice propemodum exercuit viros eruditos. At vero dubitari omnino nequit, quin hic sit, ut saepe apud scriptores profanos et nostros [creber huius generis exemplis est Plato v. *Stallbaum.* ad Euthyphr. p. 55.] toti enuntiationi ita praepositus, ut ad verba, quae sequuntur, singularis quaedam redundet vis, quod nec *Kuinoelium* latuit, et recte perspectum a *Winero* est Gr. p. 42. Nam ridiculo sane errore alii τὸ pro τοῦτο accipiunt sequentibus adjungentes h. s.: εἰ δύνασαι τοῦτο πιστεῦσαι, innixi, opinor, voci, sed e poeta illi desumptae τοῦ γὰρ καὶ γένος ἔσμεν: lectionis autem varietas mediocris, quos τὸ conturbasset, tum, quam

aliam cum maxime diluam, difficultas vexasset, ab his profecta sit. Quocirca funditus extirpata, quam *Κραππίος* et *Schottos* illaesa reliquisse mirari licet, interpunctione hac: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· τὸ, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι κ. τ. ε. in posterum distinguemus ita: ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ τὸ· εἰ κ. τ. ε. At rei summa, unde totius versus intellectus necessario pendet, sita in eo est, quod duo orationis membra εἰ δύνασαι πιστεῦσαι· et πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι· per rationes logicas intime cohaerere nequeunt, quandoquidem ineptum sit, *generalem* hanc sententiam: *nilil non credenti concessum esse*, ab unius hominis fide suspensam reddere. Est igitur πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι communis et per se constans sententia, non apta e conditionis alicujus vinculo, quod in his vv. quae eras: εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. Quare quum aliam copulandi rationem inire debeat interpres, perstringam primo, quae cuivis mira videatur, *Kuinoelii* explanationem. Is enim πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι non pro sententia habet, quae per se constet, sed omissum jactans εἶναι e praegressis nectit, deinde βοηθήσω σοι α. εὐ ἔχει aut similem mente affingit apodosin, vertens: *si credere potes, omnia effici posse in gratiam credentis, tibi opitulabor*. Hoc nimirum pacto si haec capi voluisset Marcus, dixisset addito infinitivo, πάντα εἶναι δυνατὰ. Princeps enim haec est scripta lex auctoribus, ut lectorem ipso compositionis modo in quam ipsi probant interpretationem inducant. Ergo nemo quisquam v. πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι in tali l. nisi pro generali sententia acceperit. Quod quamquam solum ad rejiciendam *Kuinoelii* opinionem satis est, hoc tamen ejusdem non omnino praetereundum videtur incommodum, quod detrita attenuataque orationis vi concisi et sedulo compacti sermonis substituitur inanitas. Nam quum hoc admodum graviter dicatur: *omnia homini, qui crediderit, fieri possunt*, nemo non sentit, tam accuratam sedulitatem, qua Jesus infelicis filii diceret patri: *sane tibi opitulabor; sed antea credere debes omnia homini, qui fidem habuerit, confici posse*, et per se esse jejunam et ab h. l., ubi miser pater commoto animo Jesu auxilium implorasset, perquam alienam. Unde non dubitabis, quin πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι generalis sit locutio, ut posita fidei efficaciae imagine ad credendum impellat Jesus hominem. Quae autem protasi εἰ δύνασαι

πιστεῦσαι genuina addi debeat apodosis quaeris? Non illa videlicet aliunde petenda. sed in ipsa totius l. natura penitus est insita. Dixerat pater aegroti pueri: εἴτι δύνασαι, βοήθησον ἡμῖν, cui Jesus εἰ δύνασαι, inquit, πιστεῦσαι scil. βοηθήσω ὑμῖν. Confirmare id placet duobus ad id aptissimis exemplis: Lucian. Charon. §. 5. ubi Charonti: Ὁρεξον, ὦ Ἐρμῆ, τὴν χεῖρα· οὐ γὰρ ἐπὶ μικρὰν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάξεις βρεβί praccidens Mercurius respondet: Εἴγες καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις, ὦ Χάρων, ἅπαντα i. e. si plenum feceris: *est hic labor subeundus, siquidem perspicere velis omnia.* [Cf. Hemsterhus.] Aristoph. Av. v. 534. κοῦδ' οὐν, εἴπερ ταῦτα δοκεῖ δρᾶν, ὀπτησάμενοι παρέθενθ' ὑμᾶς, ubi e sensu antecedentium sume: *ne id quidem faciunt, quod tamen merito postules, quando illis ita placet agere.* [Cf. Beck.] Hinc patet, Lucian. Vitar. auct. §. 9. ἦν μαστιγοῖ δέ τις, ἣ στρεβλοῖ, τούτων οὐδὲν ἀνιαρὸν ἡγήσῃ optime habere et codicis 2954. οὐδὲ τοῦτ' *Belino* probatum ex aperta correctione profluxisse. Quod autem *Kuinoel* etiam per εὐ ἔχει apodosin fingendi liberam reliquit potestatem, etsi non sum nescius, saepissime hoc adminiculo usos esse doctos homines [cf. commentatores ad Gregor. Corinth. p. 47—49 ed. Schaefer.]: id tamen tantum mediocriter et in locis perpaucis probō. Nam locutio εὐ ἔχει *res bene habet* quum fundat aliquid *non ex unius vel aliquot locorum indole haustum*, imo commune et quod longe plurimis enuntiationibus salvo ex parte sensu subjunctum possit cogitari, praesentissimum imminet periculum, ne, quemadmodum olim Aeschylus Euripidis prologos, aliquot hujus versibus scite anexa formula *ληκύνθιον ἀπώλεσεν*, lepide corrupit plurimos [cf. Aristophan. Ran. v. 12 10 sqq.], ita et nos istud generale εὐ ἔχει ad *diversissimorum l. explicationem* indefesso studio advocantes, quod *illis singulis peculiare inest*, linquamus, obscuremus, tollamus. Est etiam, ubi interpretem in minime definito isto et ad singularia apto εὐ ἔχει non acquiescentem alia adsciscere debere illud arguat, quod omissae voci clare est oppositum. Quod uti manifesto locum habet Lucian. Hermot. §. 68. εἴποτε τοιαύτην τινὰ δύναμιν καὶ τέχνην ποιοῦσάμενος, ἦεις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λεγομένων· εἰ δὲ μή, εὐ ἴσθι ὡς οὐδὲν κωλύσει σε τῆς ῥίνος ἔλκεσθαι ὑφ' ἐκάστων. sic in Luca XIII, 9. κύριε,

ἄφες αὐτήν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως οὗτου σκάψω περὶ αὐτήν, καὶ βάλω κόπρια· κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. oppositum εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν declarat, tale quid sibi cogitasse scriptorem: μὴ ἐκκοπτε, ἄφες. Caeterum animum hic velim advertas ad elegantissimum Graecismum, ex quo εἰ et ἐὰν voculae mire prima specie, at recte tamen, ex adverso sibi positae sunt [κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν — εἰ δὲ μή], cujus ego locutionis inde derivaverim originem, quod in ejusmodi l. orsi scriptores ab ἐὰν, esse rem in futuro collocandam tempore ammonerendum putarent lectorem, sed post amplexi vocem εἰ non tam tempus, quam duplicis membri exactam spectarunt oppositionem. Quod quale sit, neminem latebit Lucae verbis sic conversis; *quum* [postea] *fruges tulerit ficus, sine eam integram; sed hac conditione, ut sit sterilis, posthac eam extirpabis.* E multis, quae undique confluant, exemplis haec pauca attulisse contentus sum: Lucian. Q. S. H. C. §. 5. Rudolph. τὸν κανόνα τοῦτον προσάγοντες, ἣν περ γὰρ δόξῃ αὐτοῖς δοθὸς εἶναι· εἰ δὲ μὴ κ. τ. ε. Demosth. Olynth. II, 6, 8. ποῦτε, ἂ δει, πράξετε, εἰ μὴ νῦν, ubi *Ruedig.* et ἂν pro εἰ per interpretes in quosdam Cdc. irrepsisse bene monet, et apte confert Aristoph. Vesp. v. 401. Aeschyl. S. ad Theb. v. 402. Quodsi haec mea observatio vera est, ut videtur omnino, egregie ea summi *Hermani* ad Sophocl. Antig. v. 706. confirmatur praeceptum, quo lex, qua εἰ cum conjunctivo ipsi jungant Attici, distincte ostenditur. Sunt vero hujus constructionis aliquot vestigia in N. etiam T. conservata, ut Luc. IX, 13. εἰ — ἀγοράσωμεν. Apoc. XI, 5. εἰ θύλῃ [cf. Griesb.]. ad quae quia jam longum est digredi singula, de industria rem pervestigabo alias. Possim sane plurium hujusmodi Graecismorum facile redintegrare memoriam, modo praesens flagitaret causa: unum tamen valde nobilem nunc praetermittere religio est Act. XI, 14. — ὃς λαλήσει φήματα πρὸς σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. Inest autem in hac locutione aliqua ἐπανορθώσεως forma. Nam dicturus primo Lucas ἐν οἷς σωθήσῃ solum, postquam addendam viri familiaris esse senserat, se ipsum corrigens haec adjicit insuper: σὺ καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. Sed quoniam hanc rationem dilucide jam tradidit Matthiae ad Eurip. Iphig. Aul. v. 875. ὃ θύγατερ ἦ κεις ἐπ' ὀλέθρῳ καὶ σὺ καὶ μήτηρ σέθεν, ego pauca exempla ponam: Aristoph. Av. v. 890. ἂ πειλῶ

ἀπὸ ἡμῶν καὶ σὺ καὶ τὰ στέμματα' *ibid.* v. 847. κήρυκα δὲ πέμψον τὸν μὲν εἰς θεοὺς ἄνω, ἕτερον δ' ἄνωθεν αὐτὸν παρ' ἀνθρώπους κάτω, sed id extorquere nobis voluit *Marbrandi κήρυκα*. Lucian. D. Mar. XII. init. — κόρη ἐμβληθεῖσαν αὐτὴν τε καὶ βρέφος — ἦκα αὐτὸς καὶ βρέφος *Ibid.* VII, 1. — ὡς ἀποτεκούσα ἐκεῖ θεὸς γένοιτο, καὶ αὐτὴ καὶ τὸ τεχθέν. Persimile etiam illud est Aristophanis Av. v. 896. καλεῖν δὲ μάκαρας, ἕνα τινὰ μόνον, εἶπερ ἰκανὸν ἔξετ' ὄψον. Sed ad inchoatam disputationem reversus explano jam L. Luc. XIX, 42, — ἐκλαυσεν ἐπ' αὐτὴν λέγων ὅτι· [sic distingue] εἰ ἔγνωσ καὶ σὺ, καὶ γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ, τὰ πρὸς εἰρήνην σου! νῦν δὲ ἐκρύβῃ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Quod hic apodosin post εἰ ἔγνωσ suam hanc fecit *Kuinoelius* εὐ' ἂν ἔχοι s. καλῶς ἂν ποιήσεις *praeclare tecum ageretur*, id nobis portento simile visum. Fuit enim dicendum: εὐ' ἂν εἶχεν, καλῶς ἂν ἔπραττες. Etiam illud falsum, quod καὶ σὺ reddidit *praecepit tu ut metropolis*, quod quum a voce καὶ plane abhorreat, sic, obsecro, verte: si, ut pauci quidam alii, ita tu quoque cognosces. Non est tamen diffitendum, eundem V. D. illorum confutasse consilium, qui εἰ cum *indicativo* per *utinam* explicarent, opinor ad normam talium εἰ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρπεινα. Contra quod hanc finxit apodosin: *praeclare tecum ageretur*, non vidit id et per se nimis commune esse et ob aliam etiam causam nihil ad h. l. pertinere. Etenim quum sententia nostro versu enuntiata v. 44. recurrat recteque ibi enarraverit *Kuinoel. quoniam agnoscere nolui sti tempus salutis tuae*, profecto fuit constantiae, hic itidem sic reddere: *si tu perspicere voluisses, quae ad salutem tuam conferunt et νῦν δὲ ἐκρύβῃ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου* non obscuritate rei propria, sed tua ipsius culpa. Enimvero fuit facillimum, e versibus duobus 43. et 44. quibus malorum ad Hierosolymas mox cumulate ingruentium continetur descriptio, verum sensum eruere hunc: *si exploratum habere tu quoque voluisses et quidem hoc die tibi gaudium ferente, quid vere tibi conducat, non illa ingentia paterere mala: nunc vero tuis oculis id subduci sinis: unde has perferes calamitates περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροὶ σου χάρακά σοι κ. τ. ε.* Non male Theophylactus: ἔδει οὖν γινῶσθαι σε, inquit, τὰ πρὸς εἰρήνην σου, καὶ πιστεῦσαι εἰς ἐμὲ καὶ εἰχρὸς ἂν εἰρήνην ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων καὶ πάσης κακώσεως ἀπαλλαγὴν καὶ γὰρ οἱ πιστεύσαντες τῷ χριστῷ πάν-

τες [malim πάντως] τῆς ἀλώσεως ὑπέρτεροι γυρόνα-
 σιν, ὥστε εἰ πάντες ἐπίστευσαν, οὐδεὶς ἂν ἔαλω. Iam
Wahlius, si nihil aliud, quam illorum repetiisset [in Cl.
 p. 222.] bona fide errorem, qui εἰ hic optantis esse opi-
 nati sunt, intactum transmitterem utique; nunc autem,
 ubi summae temeritatis culpam sibi conflarit eo, quod
 in l. Lucae XIX, 42. XXII, 42. primo εἰ dicit optantis
 esse Lat. *utinam*, et nihilominus tamen in apodosis
 καλῶς ἂν ἔγοι cogitando adiicit, quo ipso εἰ *conditio-
 nis* facit *indicem*, eum gravissime castigandum esse
 mihi constat, sed verba, quibus id satis graviter fiat, non
 statim suppetere profiteor. Proximum est, ut cuius l.
 modo mentionem injeci, Luc. XXII, 42. aperiam natu-
 ram. Verba ibi leguntur haec: — προσήχετο λέγων·
 πάτερ, εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ’
 ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω.
 Magni *Erasmii* explicatio, qui παρενεγκεῖν a v. εἰ βού-
 λει ita dirimit, ut infinitivum imperativi potestate in-
 structum jubeat, utut aliqua elegantiae specie alliciat,
 tamen quippe ab orationis simplicitate mirum quantum
 abhorrens certe explodenda est: quod quia longe aper-
 tissimum est, hunc l. consulto missum fecimus in libro
 nostro Cap. VI. Non tamen praeterundum, *Erasmii*
 explicationem praeceptam jam a *Theophylacto* videri,
 quod sicut colligas ex hac ejus voce: ἐπιθυμῶ ζωῆς καὶ
 αὐτοῦ ὡς ἄνθρωπος καὶ εὐχεται παρελθεῖν τὸ πο-
 τήριον, ita in hoc non leviter confirmaberis per verba
 ejusdem τὸ μὲν οὖν θέλει παρενεχθῆναι τὸ ποτήριον,
 ἀνθρώπινον. Nec immortalem *Grotium*, qui εἰ vocolae
optandi tribuit vim, hic quidem imitari ausim: dictum
 enim oportuit εἰ βούλοιο. At quod *Kuinoelio* mem-
 brum hoc deesse videtur: — *gratis accipio hanc tuam*
liberalitatem, non equidem in interpretando quidvis
 pro lubitu nescio unde sumtum cupide arripiendi gra-
 tus agnosco liberalitatem. Nimis leviter inspexit quum
 omnem l., tum seqq. πλὴν μὴ τὸ θέλημα κ. τ. ε. *Uti-
 nam* quidem inspexisset! Tum enim sincerum pro a-
 dulterino complexus l. sic enarrasset omnem: *pater, si*
tu vis hanc a me procul amovere cladem, quod
mihi exoptatum sit, feceris: verum non
quod mihi placet, sed quod tibi, fiat. Ceterum ne
 quis hic falsum opinetur encliticum reponendumve ar-
 bitretur τὸ ἐμὸν θέλημα, moneo, etiam in N. T., ut par
 est, valere praeceptum a philologis hodie saepe incū-
 catum, Graecos saepenumero non singulas partes sed

totas sententias sibi opponere. Sequitur, ut disseram de l. inprimis difficilibus Rom. IX, 22. *εἰ δὲ θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν κ. τ. ε.* et Act. XXIII, 9. Sunt autem hi duo l. hucusque pertractatis plane pares eo, quod apodosin pariter deesse videtur: sin rem accuratius sua veritate metiare, ita discrepare videbis, ut *εἰ* illic vère conditionem exprimere, hic dubitationem involvere appareat, cui qui hanc formulam tacite supponunt: *τί σὺν ἐροῦμεν*; non reputant, minime id necessarium esse, quum et nos sine ellipsi eodem modo loquamur: *wenn es nun aber heute regnet?* quod quia sensim sensimque per usum, qui invaluit, nihil sit aliud, nisi *possit fortasse fieri, ut hodie pluat*, ubi tandem est, qui apodosin requirat? Est autem tenendum, me de usu, non de origine hujus locutionis nunc disputare. Male enim, qui hanc indagare constituerit, illam a vi, qua conditionem enuntiat, vocula *εἰ* repetendam negaverit. Sed enim a l. epistolae ad Romanos exordiar, in quo inanibus somniis nobilitato id agit P., ut mortales a divinae voluntatis nutu ita pendere totos demonstret, ut, quemadmodum figulus cum luto suo, ita nobiscum prorsus ex arbitrio et lubitu agere possit deus. Quodsi ille miseria nostri tangatur nobisque bene esse et cupiat, et, ut sit, procuret, magnae cuidam id tribuendum esse ejus clementiae. Jam immensae Dei benevolentiae aliud addit argumentum his v.: *εἰ δὲ θέλων κ. τ. ε.* Explanabo autem, quae vero l. intellectui expediant, re omnium oculis clare exposita, ut ineptas explicationes leviter tantummodo percellam. Primo perspicuum est satis, summam sententiae vim in v. *Θέλων ὁ θεὸς ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν* quaerendam esse. Nam quum certo *εἰ δὲ* duce rem dubitationi obnoxiam insecuturam divinandum sit, si urgeres verbum finitum *ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκευὴ ὀργῆς κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν*, inepta foret ratio, quippe quae, quod *certissimum ipse jam fecit rei eventus*, id ut *anceps et dubium* poneret. Illud contra non a rei veritate, sed probabili suspicione Apostoli pendet, Deum benigne homines ita tulisse *θέλοντα ἐνδείξασθαι τὴν ὀργὴν*. Nihil Græcis frequentius, quam primarium sententiae momentum participio declarare. Cf. praestantiss. *Hermanus* ad Soph. Aj. v. 1113. add. Hom. II. A, 299. *ἐπεὶ μ' ἀφέλεσθέ γέ δόντες* P. 580. *δούπησεν δὲ πεσών*. P. 588. *νῦν δ' οἴχεται οἶος ἀείρας νεκρὸν ὑπ' ἐκ Τρώων*. Σ, 132. *τὰ μὲν κορυθαίολος Ἐκτωρ αὐτὸς ἔχων ὤμοι-*

σιν ἀγάλλεται. Caeterum hic Κορρίυς, ceteroquin elegantissimi vir iudicii, lapsus est, θέλων ἐνδείξασθαι pro Καίπερ ἔθελε ἐνδείξασθαι dictum ferens. Quis enim καίπερ cum indicativo, ut crebro solet εἰ καί, constructum legit unquam? Neque satis fuit, Κορρίυμ, ut dilucidaret v. καὶ ἵνα γνωρίσῃ κ. τ. εἶ. Anacoluthon excogitare, aut dissimile istud conferre 1 Cor. XIV, 5. θέλω — λαλεῖν γλώσσαις, μᾶλλον δὲ ἵνα προφητεύῃτε. sed constructionis laquei expediri debebant defectionis origine declarata. Nam pro εἰ δὲ καὶ ἐγνωρίσεν quum per se, tum ob totius l. sensum v. καὶ ἵνα γνωρίσῃ dicta esse nequeunt, quum tota enuntiatio καὶ ἵνα γνωρίσῃ — εἰς δόξαν non quid nunc faciat, sed quid immittere prius voluerit deus, ut apposito σκευῇ ὀργῆς — σκευῇ ἔλεους claro est indicio, exprimere debeat. Proinde v. καὶ ἵνα γνωρίσῃ pendeant necesse est a praegressis κατήρητισμένα εἰς ἀπώλειαν, καὶ autem voculae ἵνα praemissum aliarum, cur Deus σκευῇ ἔλεους pessumdare decrevisset, ab Apostolo, credo, quod ad praesentem disputationem minus necessaria erant, praetermissarum causarum contineat oppositionem h. m.: si vero Deus — patienter tulit instrumenta irae, quae ad perniciem destinata erant etiam propterea [h. e. et ob alias causas, quas praeterii, et propter hanc, quam commemorabo etc.], ut felicitati reservatis de suae misericordiae profunditate persuaderet. Recte autem sic locutus est P.. Nam si modo illa fuit Dei mens hominibus felicitati addictis exhibita divinitus benevolentia e magna pernicii destinatorum miseria non poterat non clarissime exsplendescere. Ceterum qui πρό in προετοιμάξιν negant premendum esse, habent sane, quod videantur secuti esse [cf. praestantiss. Hermann. ad Viger. p. 862. Lehmann. ad Lucian. Charon. §. 7.] προοιδοῦσιν. At hic tamen et contrarium κατήρητισμένα εἰς ἀπώλειαν, ut urgeas praeverbium, flagitat, et totius disputationis periret vis oblitterata praepositione. Illud enim vult P. admirabile videri, quod Deus σκευῇ ὀργῆς admodum patienter tulerit, partim quod iis graviter castigandis suam potentiam manifestare constituerit, partim hanc lenitatem quasi fata flexurus in iis commonstraverit, quorum fati praestituerit calamitatem. Quod si inesse priori v. 22. parti εἰ δὲ θέλων — ἀπώλειαν nemo dubitare potest, quis tandem προητοίμασεν significare negabit prius destinaverunt? Quod vero post v. ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκευῇ

δογῆς hanc tacite assuunt apodosin: *καὶ οὐκ ἔτι οἴσεται αὐτὰ, τί μὲν θέλεις ἀνταποκρίνεσθαι*; id et plane arbitrium est, neque cum argumentandi ordine belle concinit, quem priusquam liberiore versione exprimamus, monendum ducimus, ipsum illud *εἰ δέ*, quum dubitantis sit, apertissimo documento esse, post v. ἂ προσητομασεν εἰς δόξαν interrogandi signum poni debere. Quare de tota ratiocinatione jam sic habeto: *Si vero* [s. quid verq. si] *Deus, quum maxime iram suam palam facere et ostendere potentiam vellet suam, magna tamen patientia sustinuit instrumenta irae etiam ob id interitui praeparata, ut manifestam faceret vim summae suae misericordiae iis instrumentis, quae beare decreverat? quos etiam vocavit nos non solum e Iudaeis, sed etiam e gentilibus.* Sentisne nunc argumentationem P., quam qui ante nos perceperit omnem, recordamur neminis, praeclare conspirare, sed ejus esse indolis, quam interpretes possit enucleare facilius, quam sine naufragio tractare Theologus? Referti sunt profani scriptores exemplis hujusmodi, quae et ipsi *εἰ δέ* hac quam tractamus, potestate, adhiberi documento sunt: nunc unum persequar Aristophanis Av. v. 371. *εἰ δέ τὴν φύσιν μὲν ἐχθροί, τὸν δὲ νοῦν εἰσὶν φίλοι καὶ διδάξοντές τι δεῦρ' ἤκουσιν ὑμᾶς χρήσιμον*; ubi videnda nota illustr. Becki. Proximum est, ut paucis defungar de l. Act. XXIII, 9., quem manifesto reor ad hoc genus pertinere, ut distinguere sic debeas: *διεμάχοντο λέγοντες· οὐδὲν κακὸν εὐρίσκομεν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τούτῳ· εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος; concertantes dicebant: nihil criminis in hoc reperimus homine: quid vero, si quis spiritus aut coelestis nuntius cum eo locutus sit?* Aptissime hic Pharisei noto isto usi sunt sermocinandi lenocinio, quo simulata, quae in animo tuo relicta sit, dubitatione assensum eo facilius extortum iri confidis. Accedit huc, quod Pharisei Sadducaeos, angelos et spiritus nullos esse professos, eo aperte pungunt, quod Paulum ad novam, in qua tantopere offenderetur, suam doctrinam ab angelo vel spiritu institutum se conjectare dicunt. Quod si quis cum *Κωνοελίο*, quam subsidiorum praebet pars, apodosin amplecti sustinuerit, *μὴ θεομαχῶμεν*, eum male attentum quum librorum veterumque commentariorum [v. Griesb.] apodosin varie constituentium diversitas nullam a Luca profectam apodosin esse monuerit, tum docta *Bornemannii* [cf. *Biblich-exegetisches Reper-*

torium von *Rosenmüller* T. II. p. 267.] disputatio a concepta sententia abalienaverit. Sed ipsius *Bornemannii* [ibid. p. 269.] pro *εἰ δὲ* reponentis *οἱ δὲ* [scil. *ἔλεγον*]: *πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος* conjecturam acutam, facilem et aptam citius dixerim, quam veram vel propterea, quoniam diversa in subsidiis criticis apodosis species illud *εἰ* antiquitus lectum satis confirmat, quod ipsum, nisi forte nostram explicationem ex vano haustam putabis, sua natura huic l. bene convenit. *Marklandi* denique interpretatio in *Explicat. veterum aliquot auctorum Graecorum et Latinorum* 282 seqq. vix erit, cui satisfaciatur. Is enim probata lectione *μη θεομαχῶμεν* verba nostra in duo membra ita distrahit, ut post *ἐλάλησεν αὐτῷ* per aposiopesisin reticuisse Lucam opinetur *ταχέως φανερωθήσεται* vel *ἡ βουλή καὶ τὸ ἔργον τοῦτο καταλυθήσεται*, *πνεῦμα* autem *spiritum malum*, *ἄγγελον* bonum esse contendat h. m. *si vero malus spiritus locutus est ei* — [scil. mox id apparebit] *aut si angelus, ne repugnemus deo*. At quemadmodum haec enarratio cuique violenta videatur, ita vitiosa est eo, quod non pro arbitrio fuit explenda apodosis, sed ex oppositis, quae *Marklandus* integra siverat esse, *μη θεομαχῶμεν* h. r.: si vero malus spiritus ei locutus est, *ei adversetur*; quod tamen ipsum a Pharisaeorum Paulum tutantium abhorret voluntate. Frustra denique in eo laboravit, ut *πνεῦμα* simpliciter ita angelis opponi in N. T. ostenderet, ut *malum spiritum* declaret. Nam in quibus attulit l. Luc. IX, 39. X, 17. *πνεῦμα* non sua vi *malum* denotat spiritum sed *spiritum* tantummodo. De malo sermonem esse, vult Lucas e re et nexu intelligi. Ut igitur *πνεῦμα* et *ἄγγελος* differat, [quod contra *Marklandum* negavit *Lenep.* ad Phalarid. pag. 6.], non tamen potest aliter disjunctum esse, nisi ut illud latius patens praeter angelos [Hebr. I, 14.] alios multos complectatur, ut mortuorum hominum [Hebr. XII, 23.] spiritus: quod ipsum ad nostrum transferret. non dubito h. s.: *quid vero, si quis spiritus, nominatim angelus, ei locutus est?*

Jam pertractato, et illustrato satis, opinor, genere ipso, et multa alia possim praegressis exempla adjicere [v. c. Joh. VI. 61. — *τοῦτο ὑμᾶς σκανδαλίξει, Ἐὰν οὖν θεωρήτε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀναβαλνόντα ὅπου ἦν τὸ πρότερον*; quod his, obsecro, verbis plenum fac: *τοῦτο ὑμᾶς οὐ πολλῶ μᾶλλον σκανδαλίσει*; Exod. II, 14. *εἰ οὕτως ἐμφανὲς γέ-*

γονε τὸ ῥῆμα τοῦτο, ubi apodosin mente adjecto v. *θανάτω* rite expleveris] et ea explanare l. ubi *εἰ* et *εἰ ἂν* in jure jurando *non, nunquam, εἰ ἂν μὴ profecto* ex Hebraismo *significare* voluerunt [v. c. *Haab*. hebräisch - griechische Grammatik. u. s. w. p. 227. *Wahl* Cl. p. 212. 3. 2], nisi id loquendi genus *Gesenius* [Lehrb. p. 844. 3.] et *Bornemannus* [l. l. p. 269.] perspicue ita explicassent, ut imprecationis formulam per aposiopesis ibi suppressam docerent. Hoc unum verbo monuisse operae fuerit pretium, quod *εἰ* vel *εἰ ἂν* et *אם* ubi jurejurando interposito res negetur [v. c. *Jes.* XXII, 14. ubi jurat Jehovah אִם יִכַּפֵּר הַזֶּנוּן הַזֶּה לְכֶם אִם יִחַמְדָּךְ לXX ὅτι οὐκ ἀφεθήσεται κ. τ. ε. *Hebr.* IV, 3. *εἰ ἐλεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου*] *εἰ ἂν μὴ* et *אם*, ubi confirmetur [Jos. XIV, 9. אִם לֹא יִמְאַרְךָ ה' הַיּוֹם לXX ἢ γῆ — σοὶ ἔσται cl. LXX. *Ez.* XVII, 19.] occurrit, id inde factum esse, quod sic jurare solent homines, ut, *si contrarium ejus, quod jurejurando firmant, ab ipsis committatur, diris se devoteant*. Velut *Hebr.* IV, 3. *si ad meam requiem pervenient* sc. non ego dicar Jehova i. e. *non pervenient* et *Jos.* XIV, 9. *si non compos eris terrae* nempe: ego, Moses, pessima quaeque perpetiar i. e. *compos terrae redderis*. Eodem jure multa possim huic disputationi adjungere eo affinia, quod, etsi non post *εἰ*, at post aliter conformatam protasin pariter nos destituat apodosis, cujusmodi singulare est exemplum *Matth.* IX, 6. *ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας* [τότε (lege omnino τόδε h. e. *quae proxime sequuntur, ad paralyticum dicit; non enim quo tempore aliquid paralytico dixerit, sed sequentia v. Jesum ad illum conversum prolocutum esse, fuit a Matthaeo significandum) λέγει τῷ παραλυτικῷ]· ἐγερθεὶς ἄρὸν σου τὴν κλίνην κ. τ. ε.* (Ac lenior illa videatur necesse est medicina, quam si cum *Wassenberghio* [vid. *Selecta e Scholis Valckenarii* etc. T. I, p. 17.] verba τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ expungere audeas.) Sed praestat de his nunc tacere: perveni enim, quo volueram. Ostensum quippe est, ut paucis complectar, membra ob apodosi defectum non integra, ita resarcienda esse, ut singulorum maxime suadeat natura, ubicunque vero haec loquendi brevitatis conspicua est, non abesse posse aliquid saltem, cujus ope animus ad inveniendum, quod deest, recte adducatur.

§. 4.

Illustrantur aliquot Anacolutha in N. T.

Nihil paene frequentius apud priscos scriptores usu venit, quam ut aliter inchoata, aliter absoluta orationis forma duae sermonis partes ita jungerentur, ut, si ad severas Grammaticae regulas exigas, una cum altera non rite conveniat. Cujusmodi locos, quos Anacolutho affectos esse breviter dicas, etiam in N. T. plurimos observavi videnturque ii tanto accuratius explicandi, quanto magis interpretes ad ipsam rei veritatem minus attendentes in his exemplis se torquent neque tamen multo exhausto labore hilum solent proficere. Id vero antiquioribus etiam eximiis, ut *Erasmus*, *Grotio* al. accidisse nemo, qui illorum temporum rationes noverit, mirum putabit: rectius opinor, in eo offendas, quod ne nostra quidem aetate tanta res satis acute in N. T. perspecta et exposita est, in quo genere, ut *Koppius* non semel lapsus est, ita *Kuinoelius* de tota re ne inaudivisse quidem videtur, si quidem ex iis, quae vel in recentissima Evangeliorum editione ejus perscripta vidi, tuto conjecturam petere licet. Minime nunc propositum est, largissimam, quae mihi hic subjecta est, materiam subigere, quum talis disputationis amplitudinem vix capiant hujus l. angustiae: imo posteaquam *Winerus* in gr. p. 138 seqq. de quibusdam hujus usus exemplis peritissime judicavit, et nosmet ipsi plura in libro nostro II. p. 43 sqq. pro virili parte explanavimus, alia quaedam, quorum, qualis natura esset, nondum satis a VV. DD. animadversum videretur, hic ita subicere decrevimus, ut loca N. T. exemplis bene graecorum scriptorum quam maxime idoneis communiremus. Consimile, sed eo tamen diversum, quod minus late patet, illud est locorum genus, quod duplicis locutionis confusionem expertum est, non incognitum antiquitus *Eustathio*, quum p. 659, 5. de II. E. 510. sic judicat: *ἔτι τὴν ἀπορίτου τὰς οὐράς* observante *Matthia* ad Eurip. Hec. v. 829. et Orest. v. 383. Denique attractio sane finitima anacolutho, quomodo tamen discrepet. hodie neminem praeterire debet possumusque nos hic hujus uberrimae rei disquisitione eo supersedere facilius, quoniam tum *Winerus* plurima hic referenda pererudite tractavit

in gr., tum nos in libro p. II ejusdem nonnulla sumus persecuti *).

Ducam autem disputandi principium a I. Matth. VII, 9. *ἢ τίς ἐστίν ἐξ ὑμῶν ἀνθρώπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄριστον, μὴ λίθον ἐκδώσει αὐτῷ;* ubi, quoniam *Grotii* opinio quum aliis, tum *Kuinoelio*, qui tamen hunc de suo adjecit errorem, quod *ἢ* ab initio idem, quod γάρ, valere contenderet, quum sit praegressis vulgari modo oppositum h. r.: *qui rogat, accipit, qui quaerit, invenit: an est exemplum contrarium?* se probavit, cum *Grotio* jam nobis res erit. Etenim hic τίς υποθετικῶς pro εἷς, deinde ἐὰν non pro conjunctione, sed particula, quam falso hic παρέλκιν **) dicit, acceptis ita vertit: *si quis in-*

*) Sed quoniam hic attractionis injecta est mentio, pauca commemorabo, ubi nonnihil discedam a *Winero*. Nam quod in Gr. p. 66. Verbis accusandi interdum genitivum rei addi e l. Act. XXV, 11. *εἰ δὲ οὐδὲν ἐστίν ὡς οὗτοι κατηγοροῦσίν μου* colligit, possit existere, qui attractione illa usum scriptorem putet pro *εἰ δὲ οὐδὲν ἐστίν τούτων, ἀ κατηγοροῦσίν*. Sic etiam nescio an Rom. VI, 17. *ὑπηκούσατε ἐκ καρδίας εἰς ὃν παρεδόθητε τύπον διδαχῆς* [de quo dixit *Winer* p. 62.] non tam *ὑπηκούσατε εἰς* jungere conveniat, quam *εἰς* e sequenti *παρεδόθητε* ortum putare ex eadem ista attractione, pro: *ὑπηκούσατε τούτῳ τῷ τύπῳ, εἰς ὃν παρεδόθητε*. Quod eadem pagina affert *Winerus* Marc. VII, 57., *καλῶς πάντα πεποιήσατε*, quum non sit accusativus personae, sed rei, ne poterat quidem alius casus recte intelligi.

**) Quum universam vim, rationem atque usum *ἢν* particulae in N. T. alias sim singulari scriptione complexurus, hic non nisi aliquot in subtilissimae vocis explicatione a VV. DD. susceptos errores paucis perstringam, ne a disputandi via jam nunc mihi praestituta definitaque illic recedere cogar. Ac primo quidem, quod doctiss. *Bornemannus* [l. l. II. p. 297.] e l. Act. XXVI, 29. *Εὐξάμηνη ἂν τῷ θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σὲ, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου γενέσθαι τοιοῦτους, ὁμοίους καὶ ἐγὼ εἶμι* [adverte hic animum ad *καὶ* in comparationis parte altera locatum, quod frequens est Graecis v. *Heindorf.* ad Plat. Phaedr. p. 36. adde *Lucian Charon.* §. 1. *αἰτησόμενος παρὰ τοῦ "Αιδου καὶ αὐτῶς, ὥσπερ καὶ ὁ Θέταλος*] quoniam optativus *optandi* vi re vera ibi instructus *ἂν* tamen adjunctum jactet, N. T. scriptores a solemnī isto Graecorum usu descivisse docere conatur, vereor sane, ne proposito exciderit fine. Quamquam enim in v. *εὐξάμηνη ἂν* precum inest cogitatio, hanc tamen apparet in ipsa verbi *εὐξάμηνη* *ἂν* notione contineri, minime in particula nostra, ut, si firma

ter vos est, quem filius panem poscit, an lapidem er dabit? Quae interpretatio ferri nullo pacto potest,

staret Bornemanni sententia, hoc diceret Paulus: *utinam ego ad Deum precer, ut vos mihi similes reddamini!* quum manifesto hoc enuntiet: *velim ego sane ad Deum fundere preces, ut legitimum, quin prorsus necessarium jam ἄν evadat.* [Cf. de multis Soph. Oed. Tyr. v. 206. θέλωμ' ἄν Enr. Med. v. 72. βουλόμην ἄν.] Sed *Wahlus*, qui de voce ἄν Clav. p. 59. disserit, primum non intellectae sententiae crimen sua culpa subiit Luc. XIX, 25. ἐλθὼν interpretatus εἰ ἡλθὼν, σὺν τόκῳ ἄν ἐπραξα αὐτό. At vero reapse reversus domum erat herus ille, ut ridicule diceret: *si rediissem* [at non rediit] *cum foenore recepissem.* Quin protasis sic est instituenda: *si tu locasses argentum meum* [διότι οὐκ ἔθνηκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν;] *recepissem ego.* Levius alicui vitium videatur, quod Act. XVIII, 14. — κατὰ λόγον ἄν ἠπεσόμην ὑμῶν cum *Schotto* suo vertit: *merito vos tolerarem*, posthac ille sic enarraturus: *merito vos tolerassem*, ut, si Pauli alia essent crimina, se jam toleraturum fuisse importunos homines Gallio declaret. Non enim aoristus ἠπεσόμην temere potest infartus censi, quemadmodum nec imperfectum insipide positum est Hebr. VIII, 7. — οὐκ ἄν δευτέρως ἐηγεῖτο τόπος, ut *Wahlus* itidem cum *Schotto* interpretari liceret: *posteriori non esset locus quaesitus.* Quin sic enarra: *non quaereretur*, nempe uti quaeritur in isto V. T. I., qui statim subjicitur v. 8 sq. De locis talibus, ut Matth. XXIV, 43. vide, quae disputavit *Heindorfus* ad Plat. Gorg. p. 6. Verum de hujusmodi l., ut Act. IV, 35. διεδίδοδο δὲ ἐκάστω, καθότι ἄν τις χρεῖαν εἴχεν, Marc. VI, 56. ὅσοι ἄν ἤπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο propterea verbo admonendum putamus, quoniam in his *Wahlus* duplici est prolapsus errore. Nam non solum ut diversa considerat ejusdem plane exempla generis, prius ἄν indicare professus rei modum esse talem, ut dubitationem admittat, posterius accidisse aliquid, quotiescunque occasio ita ferret, quem errorem ambobus uni classi subjectis exemplis tacite correxit *Winerus* mens in Gr. p. 95., sed etiam ἄν cum Indicativo dubitantis aliquando cenet esse, in qua causa ita debet ἄν cum optativo copulari, ut comitante Indicativo soloeca foret vocula. Quin in omnibus huius indolis l. ἄν dictum est de re non *semel acta*, sed *fieri solita*, et saepius repetita, ut fere respondeat voci vernaculae: *allemahl*, veluti: *datum cuique est, prout quisque indigere solebat; qui fere eum tangerent, servabantur.* Cf. *Porson.* ad Eurip. Phoeniss. v. 312. praestantiss. *Hermann.* ad *Viger.* 829. *Lehmann.* ad Luc. D. D. X, s. οὐδ' ἀπολιπὼν ἄν τὸν οὐρανὸν ἐν Θήβαις ἐκοιμᾶτο. E N. T. haec adjeci: Marc. XI, 24. πάντα ὅσα ἄν προσενχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε: quaecunque tempore precando expetitis etc. Act. II, 45. διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρεῖαν εἴχε, denique Joh. V, 19. Hic enim multorum librorum, quod *Griesbachium* atque *Knappium*

tum quod *τις* interrogationi *inserviens pronomen*, et si interdum per *si quis* reddere possit, id tamen vi propria nunquam indicat, neque hic, neque in l. a Grotio allatis, quorum Jacob. III, 18. *Τίς σοφός και ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν; διεξάτω κ. τ. ε.* consulto eligo moneus, perperam nuper etiam a Schotto conversum esse: *num quis inter vos sapientia eminet?* at est hic pronomen interrogandi potestate instructum vertique debet: *quisnam sapiens et intelligens inter vos est* = nemo talis fuerit; sin erit: ostendat factis suis. [Cf. Deut. XX, 8. *τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος και θειλός τῆ καρδία; πορευέσθω και ἀποστραφήτω εἰς τὴν οὐκίαν αὐτοῦ.*] Illud *τις*, quod parem habet cum *εἰ τις* significatum, est alterum *encliticum aliquem* denotans, *) in l. quidem talibus, ut I Cor. VII, 18.

praetulisse mirum videatur, expulso v. *κοιῆ*, sinceram reponere lectionem hanc: *οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιῆν ἄφ' ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μὴ τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα· ἃ γὰρ ἂν ἐκείνος ποιῇ, ταῦτα και ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιῇ. filius suo arbitrio facere nihil potest, nisi quod patrem agentem videat: nam semper, quae ille agit, filius pariter instituat.* Hunc numm nostrae voculae habeto Luc. Hermot. §. 21. *οὐδὲν γὰρ ἂν ἐσ ἀπίσκει, ἂν ἂν εἶπω.* Hic plura possem subjicere, quibus carperem *Bretschneiderum* in Lex. s. v. *ἂν*; sed veritus, ne disputatio refutandis compositis jam diu sepultisque praeterlapsarum aetatum erroribus [ut si *Bretschneiderus* ut *prideca gens mortalium ἂν* nonnunquam esse utique, *profecto* sibi persuasit] nnice occupata uulgius videatur frugis, id tantummodo monebo, quum totum disserendi ordinem de hac vocula e rebus fortuitis ductum ne e longinqua quidem haec vocata vera vocis potestate cique apud *Bretschneiderum* displicere debere, tum obsoletas et ex inferis revocatas, ut quam attuli, opiniones.

*) Voculam *τις* apud Graecos haud raro omitti nemo ignorat, vid. Casaubon. ad Ael. V. H. VI, 7. Ernest. ad Xenoph. Mem. S. II, 9, 4. Ducker. ad Thucyd. VII, 40. Erfurd. ad Sophocl. Antig. v. 1056. Unde nihili est *Guyeti* conjectura in Luc. Herm. §. 28. *ἐκείνο ἐυλογώτερον τῶν πολλῶν τρωθήσεσθαι* post τῶν πολλῶν intercedisse *τι* suspicantis. Quod quum etiam in N. T. non semel reperiat, nullo id jure nuper *Wahl*. et *Bretschneider*. in Lexico tacuerunt. Sic Act. XXI, 16. *συνῆλθον δὲ καὶ τῶν μαθητῶν.* Luc. XXI, 16. καὶ θαυματοῦσουσιν ἐξ ὑμῶν Apoc. II, 10. *μήλλει βυλεῖν ὁ διάβολος ἐξ ὑμῶν εἰς φυλακὴν:* cui est persimile Act. XV, 7. *ὁ θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο* i. e. *Deus inter nos elegit*, nempe *ἐμὲ*, ubi alii ἐν ἡμῖν pro ἡμᾶς dictum arbitrantur, me vix assentiente. Sed hoc nostro modo *Winerus* in Gr. p. 64. l. I. Cor. 8, 1. Act. IV, 12. recte cepisse videtur. Eodem referendum utique Apocal. III, 9. *Ἴδου δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι και οὐκ εἶναι,*

περιτεμημένος τις ἐκλήθη, μὴ ἐπισπᾶσθω· ἐν ἀροβου-
στία τις ἐκλήθη, μὴ περιτεμνέσθω. Jacob. V, 13. κα-
κοπαθεῖ τις ἐν ὑμῖν, προσευχέσθω· εὐθυμεῖ τις, ψαλ-
λέτω, quae exempla bene explicuit *Winerus* in gr.
p. 53., qui poterat causae suae egregium patrocinium
petere ab iis, quae docuerunt *Matthiae* ad Eurip.
Orest. v. 635. et G. *Dindorfius* ad Aristoph. Av. v.
78., quorum copiis plura addere possis, ut *Sallust.*
Jug. CXLIV. *Dimidia pars exercitus sibi permittit-*
retur, paucis diebus Jugurtham in catenis habitur-
um. Ad unum identidem revoluti initium hujus
usus exemplum exstat apud *Athenaeum* l. VI. p.
223. ὀφθαλμῶ τις —. Lege reliqua. *Plutarch.*
de educ. liber. VII, 7. — ἀλλ' ἔστι τις ἀπό-
κροτος καὶ τραχύτερα [scil. γῆ] τοῦ δέοντος· ἀλλὰ
γεωργηθεῖσα παραντία γενναλούς καρπούς ἐξή-
νεγκε. * In transcurso moneo, quae ibid. *Winerus*
paulo ante exposuit de pronomine τις, quo interrogas,
pro δςposito, vera esse utique; vid. imprimis prae-
clara nota *Lobeckii* ad Phrynich. p. 57. add. *Heindorf.*
ad Lys. 21, ubi est ὁπότερος οὖν ποτέρου φίλος
ἔστιν; *Elmslej.* ad Eurip. Med. v. 1103. *Demosth.*
Olynth. I. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ Μακεδόνων πῶς ἔχουσι
φιλικπῶ, ἐκ τούτων ἂν τις σκέψαιτο οὐ χαλεπῶς. *Lu-*
ccian. Vit. auct. §. 26. πόσον — ἐφ' ὅσον — καὶ
ὁποῖα. ib. §. 21. εἰσὶν ὅτι σύμβαμα καὶ τι παρασύμ-
βαμα. Unde recte un. Cod. Luc. Piscat. §. 6. ὄθεν καὶ
παρὰ τοῦ· [vulgo παρ' ὄτου] καὶ ὅπως ἀνελεξάμην.
Parasit. §. 1. πῶς τοῦτο ἐρωτᾷς, οὐδέπω οἶδα. Quare
secus putem judicasse *Schulzium* in praeclara censura
[*Neue Theolog. Annalen* 1823. I. p. 86.]. * Praeterea
hoc vel maxime obstat *Grotii* explicationi, quod v.
ὄν ἂν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον non indicant: quem

ἀλλὰ ψεύδονται h. s.: ego trado e concione diaboli non nul-
los illorum, qui etc. *Winerus* de h. l. suam dixit sententiam
in Gr. p. 70.: at sive τῶν λεγόντων pro epitheto ad συνανα-
γῆς habeas, quod ipse rejicit, sive pro appositione accipias,
quod ille probat, utriusque rationis idoneus sensus deesse
videtur. Sed de l. Luc. II, 13. Marc. VIII, 1. utrum me-
cum facias, αἰνούστων illi στρατιῶς οὐρανίου non par posi-
tum putante, sed ut subjectum considerante h. m.: coele-
stis exercitus eorum [h. e. constantis ex illis] qui laudarent,
et in participio ἐχόντων non tam ἄχλον ipsium, quam com-
munem hominum istorum notionem obversatum scriptori
existimante, an *Winero* assentiaris, parum interest.

filius panem poscit, sed: quemcunque filius panem poposcerit, qui sensus cum reliquis, ut ea Grotius enarrat, bene conciliari nequit. Quin εἰν hic est si, uti relativum pronomen in enuntiatione conditionem inferente regenti voci nonnunquam praemittitur; cf. Luc. Revivisc. §. 15. καὶ σοὶ ὅτι ἂν δοκῇ, τοῦτο ποιήσῃ τέλος τῆς δίκης. Soph. Trachin. v. 226. χαίρειν δὲ τὸν κήρυκα προὔννεπῶ, χρόνῳ πολλῶ φανέντα, χαρτὸν εἶτι καὶ φέρει. Quare manifestum hic repertum est Anacoluthon. Quum enim incepisset per ἢ τίς ἐστὶν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ita pergere primo decreverat, ὄν εἰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ ἄρτον, ἀλλὰ λίθον ἂν ἐπιδώσῃ αὐτῷ; an quis est vestrum, quem si filius panem rogaverit, non panem, sed lapidem ei donec? Verum intermedia sententia ὄν εἰν turbato sermone, novam subjicit interrogationem, quae quum per se optime habeat, cum antecedentibus tamen non omnino cohaereat h. m.: an quis est vestrum, quem si filius panem rogaverit, num ille tunc ei dabit lapidem? Lectio autem, quae ἐστὶν omittit, ei debetur, qui submotā asperitate cuncta sic emollienda censeret, ut arcte conjungeret τίς ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος — ἐπιδώσῃ structurā plane vulgari, sed parum ille memor, eadem sibi opera et μὴ ante λίθον tollendum esse, quo incolumi et pro negatione, nec pro interrogationis indice sumto prava exeat sententia. Quis homo est, quin sit daturus lapidem? Magis etiam est et perspicuum et insigne, quippe non intercedente media quadam enuntiatione, Anacoluthon in l. parallelo Luc. XI, 11. τίνα δὲ ἐξ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσῃ ὁ υἱὸς ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσῃ αὐτῷ; ubi itidem τίνα per εἴτινα [at quid hoc est, quaeso?] explicans intervenit Grotius. Voluerat nimirum Lucas, quum per τίνα δὲ ἐξ ὑμῶν αἰτήσῃ ἄρτον ordiretur, reliqua sic instituere: καὶ μὴ ἄρτον ἀλλὰ λίθον ἐπιδώσῃ αὐτῷ; quem e vobis patrem filius panem rogabit et ille non panem, sed lapidem ei dabit? At, quo animosior fiat oratio, animi indulgens impetui novam subjicit interrogationem h. m.: a quonam vestrum patre filius panem sibi expectiet, dabitne ille lapidem? At ne hic quidem defuere, quī sublatis mutatisque, quae sunt sanissima, claudicanti scilicet sententiae succurrerent. Sed non intime illa duo membra cohaerere sensit Erasmus, qui quamquam et hic, inquit, sermo duriusculus est;

sed nollem addidisset: *opinor, ex idiomate linguae hebraeae*. Imo et Graeci et Latini loqui ita solent, ut Cicero de orat. I, 40, 183. *Quid quod usu memoria patrum venit, ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, quum — duxisset — mortuusque esset — mediocrisne res in controversiam adducta est?* et Plato Men. 22. ed. Butt. *ἀλλ' ἔργως ἐκεῖνο ἂν ἤδιστα, ὅπερ ἠρόμην τὸ πρῶτον, καὶ σκεψαμένη καὶ ἀκούσαιμι· πότερον ὡς διδασκτῶ ὄντι αὐτῷ δεῖ ἐπιχειρεῖν, ἢ ὡς φύσει, ἢ ὡς τινι ποτὲ τρόπῳ παραγιγνομένης τοῖς ἀνθρώποις τῆς ἀρετῆς;* ubi vid. Butt. Simillimum est illud Luciani Catapl. §.26. *οὐ μὴν καὶ τὸ τῶν κολάσεων πρὸς ἀμότητα καινουργὸν αὐτοῦ τίς ἂν διηγῆσασθαι δύναίτο.*

Deferimur ad aliud genus, cui ut recte Anacoluthi nomen imponas, enucleatius tamen duplicis structurae confusionem appellaveris. Nam Hebr. VIII, 9. *οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, ἣν ἐποίησα τοῖς πατέραςιν αὐτῶν, ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου* ad simplicem constructionem apposite scribi poterat aut *ἐν ἡμέρᾳ, ὅτε ἐπιλαβομένη τῆς χειρὸς αὐτῶν*, aut omissis v. *ἐν ἡμέρᾳ simpliciter ἐπιλαβομένου μου* at conjuncto utroque id effectum est, ut sensus quidem constet, sed ita constructio turbata appareat. Quod vero haec v. ex hebraeo in graecum sunt conversa sermonem [cf. Jerem. XXXI, 32.], vel propterea nostrae causae non officit, quod vocabula *ἐξαγαγεῖν ἐπιλαβομένου μου* non ex asse graecis respondent, sed, si verbum verbo reddas, hoc declarant: *die prehensionis meae manus eorum*. Neque huc non potest revocari l. Act. XXIII, 80. *μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων, ἐξαυτῆς ἐπεμψα πρὸς σε κ. τ. ἔ.*, ubi post alios vidit *Kuinoelius*, quum scribi deberet aut *μηνυθείσης ἐπιβουλῆς — μελλούσης ἔσεσθαι* [imo *τῆς μελλούσης ἔσεσθαι*: articulus enim necessarius erat] aut *μηνυθέντος δέ μοι ἐπιβουλῆν μέλλειν ἔσεσθαι*, utramque rationem per celeritatem junctam conspici. Ne cui tamen latentis Anacoluthi vestigia cupidius ubique sectari videar, lubenter concedam, posse existere, qui de consueta constructionis via hic vel latum unguem discessum ita neget, ut post *ἐπιβουλῆς* levissime distinguat atque e *μηνυθείσης* tacite *μηνυθέντος* ad sequentia sumto vertat, me quidem id haudquaquam

probante: *indicatis vero mihi insidias, in hunc virum a Judaeis propediem eas paratum iri* [scil. indicato], *protinus ad te misi*. Non enim inepte cum his compares talia, ut Demosth. Mid. 59, c., Buttmi. εἰ — οὕτως ὀργίλλως — ἅπαντες ἔχοντες ἐφάλευσθε, ὥστε — καὶ μετὰ ταῦτα ἀπαντῶντες — τοιαῦτα λέγοντες, ubi sive ἐφάλευσθε, sive ἀνεκράγετε e praegressis repetere velis, non removebis Anacoluthon, quandoquidem ad utrumque participium neutrum recte refertur. Cf. inprimis Buttmi. ad h. l. Plat. Alcibiad. I. p. 123. ed. Buttmi. Ἄλλὰ μέντοι αἰσχρόν γε, εἰ μὲν τις σε — ἐρωτήσῃς — περὶ μὲν τούτων ἔχειν εἰπεῖν — περὶ δὲ οὐ προσποιεῖ ἐπιστήμων εἶναι — τούτου δὲ ὡς ἔοικας περὶ ἐρωτηθεὶς εἰν μὴ ἔχῃς εἰπεῖν οὐκ αἰσχύνει; ἢ οὐκ αἰσχρὸν φάνεται; ubi justa oppositio haec foret: περὶ μὲν τούτων ἔχειν εἰπεῖν — περὶ δὲ τούτου ἐρωτηθέντα μὴ ἔχειν, sed tum animi fervor, tum longior sententiae comprehensio alio pacto desinere Socratem jussit. De Latinis apte huic derivaveris l. Ciceron. Tusc. Quaest. V. 29, 82. — a te impetrarim lubenter, ut — quod paulo ante Peripateticos veteremque Academiam hortari videbare, ut sine retractatione libere dicere auderent, sapientes esse semper beatissimos, *id velim audire*, quemadmodum his putes consentaneum esse id dicere. Ubi quum in sedata nec per amplam parenthesis interrupta oratione dicendum esset: *a te impetrarim lubenter, ut mihi audire volenti demonstrares, quemadmodum* etc. interpretes, qui liberiore juncturae modo offensi sana immitius reseuerant, jure castigavit Matthiae alicubi. Non prorsus abhorret, sed quodammodo tamen recedit ille notissimus usus, de quo vide Bornemann. ad Xenoph. Conviv. VIII, 17. et Goerenz. ad Cic. de Finib. II, 2. 6., pariter ille ex oblivione superiorum illustrandus.

Sequatur l. Marc. VII, 19. οὐ νοεῖτε, ὅτι πᾶν τὸ ἔξωθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἄνθρωπον, οὐ δύναται αὐτὸν κοινῶσαι, ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ εἰς τὴν καρδίαν, ἀλλ' εἰς τὴν κοιλίαν· καὶ εἰς τὸν ἀφ᾽ ἐδρώνα ἔκπορεύεται, καθαρῶς πάντα τὰ βρώματα. Ἔλεγε δὲ· ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἔκπορευόμενον, ἐκείνο κοινῶσι τὸν ἄνθρωπον. ubi qui singulorum junctura inductus post καὶ cogitando assumat ὅτι, multum ille fallatur. Nam ubi demonstrandum tibi est, cibus non immundum reddi hominem, perperam velut duplici argumento utare, quod cibi *tum* in ventriculum,

tum in latrinam demittantur, quoniam alterum ex altero ita nexum est, ut hoc jam contineatur illo. Proinde ita arbitrari convenit, Jesum, quum per *ὅτι* orationem inchoasset, in altero membro inde a *καί*, quem amplexus erat ordinem reliquisse, ut quid cibo in ventrem dejecto insequatur deinceps, non, nisi paucis describeret. Ceterum in vocc. *καθαρίζον* enarrando commisit *Kuinoelius*, ut jure posset corripri. Nam quum ille *καθαρίζον* ita exponeret, ut *ὁ ἔστι [καθαρίζον]* omissum jactaret, haud sane reputavit, hanc *ipsius esse participii vim*, ut ad universas enuntiationes *referatur*, quemadmodum usurpari cuncta substantivorum potestate praedita quisque meminerit, v. *Monkius* ad Eurip. Alcest. v. 7.: similia, quamquam uterque diversa, habent *Matthiae* ad Eur. Alcest. v. 36. *Reisigius* C. C. ad Oed. Col. 285.]; et quod idem suum *ὁ ἔστι καθαρίζον* spectare putavit ad enuntiationes, quae praecesserant, *ὅτι οὐκ εἰσπορεύεται αὐτοῦ κ. τ. ε.* non erat praetermittendum, id non fieri, nisi difficillime, posse propter novam, qua v. *καί εἰς τὸν ἀπεθρῶνα ἐκπορεύεται* ab antecedentibus divulsa sunt, constructionem *καί — ἐκπορεύεται*. Quidam *Wahlus* in Cl. de h. l. mente volverit sua, id equidem decernere non ausim, quum hic eorum secutus sit obscurum explanandi morem, qui verbis graecis pro lubitu dispositis suam lectores suspicari malunt interpretationem, quam verbis descriptam perspicere penitus. Credo tamen *Kuinoelii* mensa secunda repetisse epulas, quas eo fecit acerbiores, quod *καθαρίζον* non pro *ὁ ἔστι καθαρίζον*, sed pro *καθαρίζον ἔστι = καθαρίζει* acciperet, quod si Marcus scriptum reliquisset, ne posse quidem, ut quod contra jus et fas destitueretur copula, explicari, nisi fortasse ad inane, quod summa miscet imis, verborum iuterpretandi videlicet studio ductus, disponendorum, et castigandorum confugere artificium tibi collibitum erit, nemo est, quin intelligat. Imo noli anceps animi haerere, quo minus *καθαρίζον* non cum *Kuinoelio* quidem ad praegressas sententias, sed ad unam hanc *καί — ἐκπορεύεται* spectare confirmes h. m.: *et tunc in latrinam exit* [sc. *πάν τὸ ἐξῶθεν εἰσπορευόμενον εἰς τὸν ἀνδρῶνα*], quae res [nempe quod in latrinam abit] mundos declarat omnes cibos, eo puta, quod promiscua haec ciborum male in mundos et immundos divisorum sors non esse ullum re vera ciborum discrimen osten-

dit. Itaque Jesus primarium suae causae ponit argumentum hoc, quod, quae extrinsecus hominem intrent, non nisi ventriculum occupent; deinde reliqua eorum fata leviter annectens ne hanc quidem aspernatur causam, hac ipsa communi omnium ciborum sorte, quod in latrinam abeant, tolli ciborum discrimina. — Dicatur nunc de Act. XXI, 28. βοηθεῖτε! οὗτος ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ, καὶ κατὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου, *) πάντας πανταχοῦ δι-

*) Verissima est *Wineri* regula, in Gr. p. 64. proposita, qua verbis motus, ut *ἀγισσῶ*, *ἄριστον* al. eadem vi, qua solet *πρός* s. *εἰς* usurpari, interdum simplicem Dativum docet adnecti. Miror enim, quid sit, quod doct. *Bornemannus* [Biblich-exegetisches Repertorium von Rosenmüller II, p. 253.] hoc ipsum recte fieri neget, aliter ille existimaturus, si in tempore meminisset eorum, quae prodidit *Erfurdt*. ad Soph. Antig. v. 234. τέλος γὰρ μὲν τοὶ θεοὶ ἐνίκησεν μολεῖν σοι. Adde Eurip. Iphig. Taur. v. 708. παρσενεπίστετε τάνδρον, μολόντες τοῖς ἐφ' ἐστῶσι σφαγῇ. Aristoph. Av. v. 861. ἔγω ἔγω δὴ Πηδωῖας βοᾶ τῷ θεῷ. Neque id improbat Eurip. Iph. A. v. 69. Boissonadius διδάσκει ἐλέσθαι θνητῶν μνηστῆρων ἕνα, ὃ τῷ πνοαί φέροιεν Ἀφροδίτης φίλου. Nolim tamen negare, exemplorum, quae collegit *Winerus meus*, nonnulla minus apta videri, quandoquidem Luc. II, 41. καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα non ἐπορεύοντο τῇ ἑορτῇ ad festum proficiiebantur, quae vel per se molestior fuerit oratio, sed ἐπορεύοντο εἰς Ἱερουσαλήμ h. m. consocianda affirmo, ut τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα itineris Hierosolymas suscepti tempus declaret. De Apoc. II, 16. μετανόησον οὖν· εἰ δὲ μὴ, ἐρχομαὶ σοὶ ταχύ non praefracte repugnem *Winero*: probabilius tamen videtur, illud hic *σοὶ* amplecti, quod olim plane redundare creditum nostra memoria a multis bene explicatum est [de quo tamen in transcurso moneam, nuper portentosa nonneminem haec excogitasse, nisi in *animi motu*, non sic posse dici], quo pacto recte, opinor, sumsit *Bornemannus* l. I. Joh. XIX. 4. ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω. Sed video equidem, hunc in Pronomine Dativum usum, quo te praesentis consilii participem declaras, ut accentus reflectatur, postulare, unde ibi ἄγω ὑμῖν posthac scriberemus et *Lucian*. Revivisc. §. 16. ἦξω γὰρ ὑμῖν prout explicavimus, aut ὑμῖν, aut ὑμῖν legendum erit. Restant l. Act. 21. 16. ἀγορεύετε Μνάσωνι et Judic. XI, 18. ἦλθον τῇ γῆ, quorum hic ut omni est superior dubitatione, ita illum verissime interpretatus est *Winerus*. Ceterum quod *Winerus* eodem loco tractat l. Luc. IX, 13., non videntur ibi v. βρώματα εἰς λαόν, sed ἀγορεύωμεν εἰς λαόν copulanda esse, et l. Tim. IV, 8. πρὸς ὀλίγον et πρὸς πάντα σφέλιμος quum significet: ad paucas res et ad omnia utilis, Dativus hic quidem vix adhiberi poterat.

δάσκων· ἔτι τε καὶ Ἑλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερόν, καὶ κεκοίνωκε τὸν ἅγιον τόπον τούτον. Si constanter persistere in ea, quam ingressus erat, orationis forma placuisset, dixisset Lucas ὁ καὶ Ἑλληνας εἰσαγαγῶν — καὶ κεκοίνωκώς, sed immutavit sine ullo sane sensus detrimento horum habitum dixitque ἔτι τε καὶ Ἑλληνας εἰσήγαγεν, ubi tenendum, τε ad totam enuntiationem pertinere [v. *Hermann.* ad Viger. p. 886.] et ἔτι καὶ itidem juncta ad VV. Ἑλληνας εἰσήγαγεν referendum esse, non, ut alterutra vocula superflua sit, sed ut ἔτι simpliciter novum quid accedere, at καὶ adeo declarans gravius antecedentibus sequi indicet. Quare hoc dicitur: *hic est ille homo, qui contra populi, legis hujusque loci instituta omnes ubique instituit: et praeterea etiam Graecos in templum introduxit sacrumque locum polluit.* Quare *Bornemann* [l. l. p. 243.] suspicio haec depravata iudicantis corruiere videtur. Inveniri enim possunt loca apud probos scriptores minime dubia, ubi voculas τε καὶ, ut utrique sua vis salva maneat, sic copulatas luculentissime appareat. Vide potissimum Poppo ad *Cyrop.* I, 4, 17.; sed *Cyrop.* V, 5, 33. ἐγὼ δὲ δοκῶ οὐδὲν συναίτιος ὦν τῶν ἀγαθῶν παρέχειν ἑμαυτὸν ὡς περ γυνὴ εὖ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνθρώποις καὶ τοῖσδε τοῖς ἑμοῖς ὑπηκόοις omnia mihi mihi et ita explananda esse videntur: *ego vero mihi videor me praebere beneficiis obruendum mulieris ritu idque tum ceteris, tum qui mihi subjecti sunt.* Nam noli dubitare, quin καὶ Latinorum *idque* interdum respondeat, quamquam sane καὶ ταῦτα in hac causa haud paulo frequentius est.

Pergo ad aliud anacoluthon, quod legitur, *Rom.* I, 26. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας· αἱ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετέλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες — ἐξεκαύθησαν ubi quum αἱ τε θήλειαι praemissum cernas, merito exspectes contrarium respondere hoc: καὶ οἱ ἄρσενες — ἐξεκαύθησαν; sed derelicta, quam antea probat, oppositionis lege P. ita singula ad ipsa refert: *nam et foeminae naturalem usum in illicitum converterunt — atque similiter etiam viri — exarserunt.* Ceterum hic, sive ὁμοίως τε καὶ, sive cum *Griesbachio* ὁμοίως δὲ καὶ scribas, illaesum manet anacoluthon. Nam remoto ὁμοίως scriptum tamen oportebat: καὶ οἱ ἄρσενες· δέ: quamquam equidem

ὁμοίως τε καί, cui δὲ correctoris in τε καί junctura haerentis videatur, antepoſam. Cum h. l. conspirant prorsus haecce: Cicero pro. L. Man. VII, 16. Nam et publicani — suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt, — *deinde* ceteris ex ordinibus homines gnari et industrii partim ipsi in Asia negotiantur etc.. *Pro Cluent.* 45. *Aut illud afferant — de ceteris comperisse. Nam illud quidem minus probandum est ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine transtulisse*, ubi praecedens aut hanc postulat oppositionem aut illud afferant — aut illud afferant, quod tamen minus probandum est, se — transtulisse. Verum in eo unice occupatus, ut non probandum esse doceat, quod afferere queant alterum, a mente consilioque deducitur. At falso anacoluthon nescio quod odoratus est *Koppius* Rom. IX, 23., ut ex iis, quae de h. l. supra monuimus, emergat necesse est. In alium hujus epistolae l. diligentius inquisivit *Koppius*, sed ut tamen a vero longissime aberraverit. Nam II, 21. *El δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομαζῆ καὶ — καὶ — καὶ — πέποιθᾶς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν — ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις*; *Koppius* quidem verba ultimum adscripta protasi adjungit sic interpretatus: *εἰ οὖν σὺ, ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις* et apodosin fere hanc: *cogita, quanto graviores poenae tibi sint metuendae* prorsus silentio pressam esse auctor est. Perperam. Nam praeterquam quod v. ὁ οὖν διδάσκων κ. τ. ε. nullo possunt pacto pari illis vi adjecta cogitari, justissimae, si tamen possent, reprehensionem pateret talis oratio, in qua et mire detractam desideres apodosin et inauditam loquendi conversionem admireris. Quin v. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις aperte ipsa apodosin constituunt, sed, ut nos vel οὖν docet, aliqua anacoluthi specie interpellatam. Nam vulgari modo ita decurrerent singula: *si tu Judaeus nominaris — confidisque te ducem esse coecorum, iis, qui tenebris tenentur, lucem te admovere — non sentis te, qui alios instituere sustineas, potius institutione ipsum indigere?* Sed sententiae, quae interjacet, amplitudine a sincero singulorum ordine avocata mente, ita mavult finire orationem: *qui igitur alium edoceas, temet non vis docere?* quod omnis erat expers offensionis, si sententiam sic conformabat: *Σὺ δὲ Ἰουδαῖος ἐπονομαζόμενος καὶ ἐπαναπαύόμενος — κ. τ. ε. ὁ οὖν*

διδάσκων ἕτερον σεαντὸν οὐ διδάσκεις; Succedat l. Ephes. II, 1—5. Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἁμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε — ἐν τοῖς υἰοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημεν ποτε, [commate interpunge] ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, [sic distingue] καὶ ἡμεῖν τέκνα φύσει ὀργῆς — [quae v. conjunge cum ἐν οἷς] ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει — καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεξωπολήσατο πρὸ χριστοῦ — καὶ συνήγειρε κ. τ. ἔ. ubi viri etiam primarii non perspecta satis anacoluthi ratione frustra se torserunt. Ac primo quidem mireris, *Cramerum*, qui ab initio capitis verba καὶ ὑμᾶς — καὶ ταῖς ἁμαρτίαις ab ultimis primi capitis verbis τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου suspensa voluisset, assensu suo dignum iudicasse *Koppium*, quum haec conjunctio ne ad sensum quidem bene habeat, quando inconcinne ad idem πληρουμένου et neutrum τὰ πάντα et personam ὑμᾶς retulerit P.. Imo apertum est, finiri caput primum universo hoc edicto τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου et novam incipere sententiam ab his καὶ ὑμᾶς κ. τ. ἔ. Neque tamen magis facere possum cum illis, qui plurimi [*Griesb. Knapp. Schott. al.*] parenthesis muniant v. v. 2., ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε usque ad V. 5. ἦν ἡγάπησεν ὑμᾶς, confisi, opinor, eo, quod V. 5. καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεξωπολήσατο eadem prope voces repetuntur, quae in hujus capitis limine praemissae fuerant. At enim vero ut verborum specie conveniant, multum tamen sensu differunt, illic dictis *Ephesiis καὶ ὑμᾶς*, hic apostolo ἡμᾶς. Praeterea hic duplex emergat offensio, quod et v. 4. πλούσιος ὢν Participium indefinitum esset, et verbo, quo carere non posset, *plane destitutum*, et quod ex hac imperfecta atque non, nisi per opportunitatem interjecta parenthesis Subjectum ὁ θεὸς ad συνεξωπολήσατο peti deberet. Imo vero, quo ipsum ὁ δὲ θεὸς ducit, parenthesis finem suum consecuta est verbis v. 3. ultimis ὡς καὶ οἱ λοιποί. Quare quum legitima esset ratio: ὁ θεὸς καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς — καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς συνεξωπολήσατο, per parenthesis interrupto sermone singulorum ordo verborum inflexus est. Multum enim a *Koppio* dissideo, qui v. 5. καὶ ὄντας pro καὶ περὶ ὄντας accipit, quae ratio et hunc flagitat positum καὶ νεκροὺς ὄντας et ab

ipso sensu aliena est. At his quidem paucis, sed quae ad praesentem causam sufficere videantur de hoc difficili l. disputasse contentus, converto ad Rom. VIII. 3., ubi ego quidem nullum anacoluthi vestigium indagare potui. Verba sunt haec: *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέχειν τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκί.* In his Koppius τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου aut accusativum absolutum esse profitetur, ut sit locatum pro διὰ τὸ τοῦ νόμου ἀδύνατον [debebat saltem sic dici: διὰ τὸ τὸν νόμον ἀδύνατον εἶναι, quod qui recte fiat, non patet, aut per Anacoluthon post θεὸς cogitatione addendum observat ἐκείνος, quod et ipsum fieri nequit. Ammonii interpretatio, qui sic veritē: *quum enim lex mosaica propter imbecillitatem carnis humanae perfici non potuisset. Deus misit filium etc.* quomodo cum verbis graecis conciliari possit, nondum assensus sum. Sed omnia haec vulgata, nihil singulare. Nam τὸ ἀδύνατον Nominativus (Nomen enim accusativum habet Ἀμαρτίας, ad totam praeteritā enuntiationem haec: *κατέχειν τὴν ἁμαρτίαν* eo usu, quem bene ter perspicimus in libro nostro l. p. 52. not. et supra ad locum eiusdem generis *κατέχειν τὴν ἐπιθυμίαν*. Illud autem mirari satis aequo, quomodo omnes, quotquot videntur, interpretes v. καὶ περὶ ἁμαρτίας ita loquar potuerunt sequentibus interpretari, non repugantes illi καὶ περὶ αὐτῆς ἁμαρτίας uere fieri excludendumque vultus fuisse, et negligentes, qui curatis in Pauli epistolis exercitatis, oculis suis expressis, verborum lusum in similitudine horum: *ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας* [ὁ θεὸς] *πέμψεν* *Deus, ut et sic ipse peccatoribus et carnaliter videtur et ad reconciliandos eos peccatoribus miseris* [ὁμοίως]. Quare sic explicatione: *ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας* [scil. *praesentem* *ἐπιθυμίαν*] *Deus* [ὁμοίως] *πέμψεν* *misit et in omni similitudine carnalium ἐπιθυμιῶν et qui praesentem ἐπιθυμίαν* [scil. *ἐπιθυμίαν*] *κατέχειν* *per* *Christum* *νόμον*. Sed notum nos Anacoluthon in l. Rom. VIII. 3. sic esse ἢ *κατέχειν*, ἢ *ἐπιθυμίαν* καὶ ἄλλω ὁμοίω καὶ αὐτὸ τὸ ἁμαρτίας ἁμαρτίας, ἢ ἁμαρτίας. Sed καὶ περὶ ἁμαρτίας αὐτὸ τὸ ἁμαρτίας αὐτὸ, καὶ ἐπιθυμίαν αὐτὸ τὸ ἁμαρτίας αὐτὸ. Haec quum scri-



σομαι — διδούς νόμους — και επιγράφας, aut ἦν διαθήσομαι, και δάσω, και επιγράφω, utraque copulandi lex confusa est insolentius, sed nulla pravitate. Qui διδούς δάσω temere conjecerunt, ii exquisitae locutionis impatientiores vulgarem in ejus locum sufficere vulerunt. Eadem verba repetita sunt X, 16. ἦν διαθήσομαι — διδούς — και επιγράφω neque hic sibi audientiam faciat, qui δάσω per conjecturam inferre sustinuerit. Quasi enim talia, ut Herod. IX, 91. εἶτε κληθόνος εἵνεκε θέλων πισθέσθαι. Eurip. Hippol. v. 1362. λόγῃς ἔραμαι διαμοιρᾶσαι, et quae alia prolata explicit Matth. ad Eurip. Orest. v. 383. non violentius etiam sint composita! Eodem jure hic conferas Demosth. Mid. p. 77. Butt. και πάλα θανμάζειν ἐνίους οἶομαι, ἀν αὐτοὶ μὲν ἴσασιν, οὐκ ἀκηκόασι δὲ νῦν ἐμοῦ. p. 116. ibid. οὔτε τῶ μεθ' ὀπλων εἶναι συντεταγμένοι μόνοι τῶν ἄλλων πολιτῶν εὐροῖε' ἀν οὔτε τὰ σώματ' ἄριστα ἔχειν και μάλιστα ἰσχυρῶς τοῦς δικάζοντάς οὔτε τῶ την ἡλικίαν εἶναι νεώτατοι κ. τ. ε. Sed verbo nunc exagitabo Potti errorem, quum I. Petr. I, 14. Διδ ἀναλωσάμενοι τὰς ὁσφίας τῆς διανοίας ὑμῶν, νήφοντες, τελείως ἐλπίζατε ἐπὶ την φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν τῇ ἀποκαλύψει Ἰησοῦ χριστοῦ, ὡς τέκνα ὑπακοῆς, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις κ. τ. ε. v. μὴ συσχηματιζόμενοι pro μὴ συσχηματίσεσθε positum contenderet, hoc participium a v. τελείως ἐλπίζατε aptum esse non animadvertentis. Ita vero solent, ubi aliae gentes minus rapido cogitandi cursu usae verbum finitum posuissent, pro suo mentis fervore ab aliis potioribus, quae antecedant, cogitationibus Participii usu singula nectere. Sic Soph. Trach. v. 334. αὐτοῦ γε πρῶτον βαιδὸν ἀμείνας [sc. τᾶνδον ἐξαρκῆ τίθητι]. Antig. v. 404. ταύτην γ' ἰδὼν θάπτουσα. Thucyd. VII, 82. καταστροφάμενοι [sc. οἰκοῦμεν]. Eurip. Orest. v. 93. ὡς ἄσχυρός γε συγγόνου προσεδόξα [sc. οὔσα πιδόλην] Iphig. A. v. 660. σὺν μητρὶ πλεύσασ' [sc. μνήσθαι πατρός] ἢ μόνῃ πορεύσομαι. Ultimum locum, quia simillimi anacoluthi refert speciem, de multis studiose elegi, quod quo spectet antequam dicam, in talibus exemplis perperam participium in verbi finiti succedere vices a VV. DD. passim perhiberi breviter monebo. Nimirum est in I. Petri veri nominis Anacoluthon. Quamquam enim reper se considerata et συσχηματιζόμενοι participium ab ἐλπίζατε, ut supra significavimus, suspensum

et vero sequens *καὶ αὐτοὶ ἅγιοι — γενήθητε*; quod non aliunde aptum proprii sit juris, rectissime habent, tamen ambo offendunt conjuncta. Nisi enim per Anacoluthon ordinis laceretur constantia, aut *μὴ συζηματιζόμενοι — καὶ μὴ γενήθητες*, aut *μὴ συζηματιζέσθε — γενήθητε* excipere se invicem debuerant. Similia e probis scriptoribus collegi haeci: Aelian. V. H. X. 17. XII, 1. Soph. Antig. v. 1016. ubi vid. summum Hermann. Oed. Tyr. v. 159. Anacoluthon autem, quod et sua natura satis leue sit et per totum nexum valde excusetur. reperi II. Cor. V. 6. *Θαυροῦντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου διὰ πίστιν γὰρ περιπατοῦμεν. οὐ διὰ εἶδους*) *θαυροῦμεν δὲ καὶ ἐνδοχοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον.* Sic enim vulgarem amplexus dicendi normam P. dixisset: *θαυροῦντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδότες — ἀπὸ τοῦ κυρίου — ἐνδοχοῦμεν μᾶλλον*, suppressis ante *ν. ἐνδοχοῦμεν μᾶλλον* vocibus *θαυροῦμεν δὲ καὶ*: *quam igitur simus hac usi conditione hoc scimus, etiamsi scimus, nos, quamdiu corporis carcere simus inclusi, non posse ad dominum evolare, potius tamen ducimus, si exuto corpore ad dominum pertinere liceat.* Verum post illam parenthesis — *οὐ διὰ εἶδους* jam praemisum esse, quod verbis restringendi v. praeditis *καὶ εἰδότες κ. τ. ε.* respondeat *θαυροῦντες οὖν πάντοτε* oblitus, denno subicit *θαυροῦμεν δὲ*: et recte quidem, quum *καὶ εἰδότες* sensu suo idem sit, quod *εἰ καὶ ἴδασθαι*: sed ita tamen, ut apodosis ab initio cogitata *ἐνδοχοῦμεν μᾶλλον* verbis *θαυροῦμεν δὲ καὶ* non paululum obscurata videatur. Progreder ad I. Matth. X, 40. *ἵνα γίνηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δούλος, ὡς ὁ κήρυξ αὐτοῦ*, ubi quis, quaeso, tam pinguis est M. nerva, ut non commemini, qui ad monumentum, cum accurate dicturo sic pergendum fuisse: *καὶ τὸ δοῦλον (scilicet ἀρχετόν ἐστιν), ἵνα γένηται, ὡς ὁ κήρυξ αὐτοῦ, γερουσιάζει*? Praetulit tamen casum primum ita ex animo informatam: *ἀρχετόν, εἰ ὁ δούλος γερουσιάζει, ὡς ὁ κήρυξ αὐτοῦ.* Similia vide, sis, apud Socratem, ad Anaxagor. Num. v. 1113. et Lucian. Pinc. 24. *τοῦτο μὲν οἰδαμὲν [ποιεῖν δεῖ], ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον, ἢ ὄψιν, οὐκ ὀφείλομεν facile te ad τούτῳ, at minime illud reperendum, deducat.* Sed transgredi nunc placeat ad aliud simodum singulare Anacoluthi exem-



plum Rom. V, 12 sq. *Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἐνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον* — Jam videtur justa, quid quod omnino necessaria, apodosis deficere. Nam v. 13. eo est occupatus P., ut, quod dixerat v. 12. mortem *omnes homines* invasisse corroboret. At re vera non deest: nec potest talis naturae apodosis, nisi in scriptore recte cogitandi imperitissimo prorsus abesse unquam. Omnino enim ea inest versus 15. *πολλῶ μᾶλλον ἢ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἐνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσευσε*, nisi quod per ingentem parenthesis abrupto disserendi ordine semper vitiositatem atque mortem mortales absumsisse monemur, et longe antegressae protasis antecedit brevis complexio h. v.: *εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἐνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον*. Alias VV. DD. de hoc difficili l. sententias confutare nunc nec volupe est, nec necessarium. Quippe hisce meis diligenter expensis tum sponte multa reperies, quibus eas refellas, maxime levissimam *Koppii*, qui plane inaudita docens *διὰ τοῦτο ὥσπερ formulam transeundi breviorē ἀνταπόδοτον*, quae nostro: *also gerade so wie* respondeat, venditat, nec multo praestantiorē *Wetstenii*, qui in v. 18. probam sibi apodosin reperisse visus est, intolerabilius eo, quod praeterquam quod ne sensus quidem accurate quadrat, post tantum cogitationum, quae interjacent, ambitum duo membra coagmentanda esse affirmat. Paucis licet defungi de Rom. XI, 21. — *ἀλλὰ φοβοῦ· εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφέλατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται*, ubi Anacoluthon, quamquam leve, expositum est omnium oculis. Fallitur enim *Koppius*, quod ante *μήπως* cogitat *φοβοῦμαι* et *φείσεται* esse dicit *pro* [?] quasi veronon utrumque frequentissimi usus sit Cf. *Elmslej.* ad Eurip. Med. ad v. 310.] *φείσεται*, confisus, credo, talibus, ut Hebr. III, 12. Lucian. Revivisc. §. 15. *ὄρατε μὴ — ἡγόρευε κακῶς*. Tum enim, ne de aliqua hujus explicationis importunitate conquerar, saltem *μήπως μὴ δὲ σοῦ* scriptum oportuit. Imo *μήπως* interrogationi inservit commixtaque loquendi forma: *num forte* [tibi parceret?] *ne tibi quidem parceret*; quod hic quidem inde factum arbitrer, quod rem, quam, ut tamen dubiam, adhuc constituerat, mutato consilio

prae fracte negat. Unum adjicio l. Rom. VII, 21., cui ego Anacoluton insidere existimo, quamquam lubricum ex parte iudicium de eo videri posse haud diffitear. Sed, nisi plane decipior, ita e rigidis grammaticae legibus se habeat l.: *εὕρισκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἔμοι ποιεῖν τὸ καλὸν τὸ κακὸν παρακείσθαι agnosco igitur humanae naturae normam* [ex qua nempe libido rationi multa vi obsistit cf. v. 23.] *per id, quod mihi honeste agere volenti malum adjacet.* Sed in liberiore disputationis impetu ita conformat orationem, ut, quum posset dicere aut τῷ — παρακείσθαι, aut ὅτι ἔμοι θέλοντι ποιεῖν τὸ καλὸν τὸ κακὸν παρακείται, prius illud ab initio ponit, sed imperfectum relinquit et alteram praeponit rationem. Quam interpretationem linguae graecae legibus [cf. supra] certo consentaneam etsi non quovis pignore contendam, pulcherrime habere, commentis tamen interpretum praeferre non dubitavi, tum, quod simplicior est, tum quia satis idoneam mire alioquin repetito ἔμοι excusationem affert [ita enim in membro diverso nec arcte nexo conspicuum fuerit]. Quid quaeris? Lamberti Bpsii, Castalionis, Carpzovii explicationes vel eo concidunt, quod τὸν νόμον absolute pro κατὰ τὸν νόμον positum esse contendunt, quum εὕρισκω τὸν νόμον divellere sana ratio impediatur: *Koppri* autem sententia, quum adco multa sanciat ex arbitrio constituta, ut, qui hoc totum verbis graecis congruat, non clarum sit, optime tacebitur.

At, inquis, quisquis tu haec nostra legis, objurgans, tempestandem est, te desinere: sin minus, periculum imminet praesentissimum, ne tu nobis totum N. T. in Anacoluta [quo nihil detestabilius vel idcirco, quoniam verendum, ne sic Dogmata utinam ne prius tua opinione suscepta, quam explorata, convertas in Anacoluta] dissolvas. Quin falleris, amice: atque possim profecto plurima alia, quae in Adversariorum oculis delitescunt, huc congerere; sed quando tibi ita volupe est, et illud saltem, quod maxime proposueram, consecutus videor, reliquis ad alius l. disputationem reservatis, jam nunc conquiescat oratio.

Addenda et Corrigenda.

Pag. 2. Non alienum fuerit, locum in hac causa satis disertum adjicere Eurip. Hec. v. 985. *σῶσον νυν αὐτὸν μηδ' ἔρα τῶν πλησίον*, quod valet ad sensum: *τῶν τῶν πλησίον*, ut recte dixit *Ehnslojus* ad Med. v. 58. infra. —

Pag. 17. lin. 83. lege *attendenti* pro *attententi*.

Pag. 21. lin. 12. scribe *ἔρα* pro *ἔρα*.

Ibid. lin. 17. *minus* pro *ninus*. —

Pag. 23. lin. 16. adde: Cum l. Marc. 9, 23. bene contendas Tacit. Annal. III, 8. *si vera forent, quae jacerentur*, — praecipuum in dolore suum locum i. e. si — jacerentur, se Drusum Pisoni non posse parcere vel pro eo deprecando intercedere; nam praecipuum etc.. L Joh. 5, 9. *εἰ τῆς μαρτυρίας τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν* — ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μέλιζων ἐστίν i. e. *si hominum admittimus testimonium scil. reputandum nobis est, dei esse firmitus testimonium*.

Quae pag. 25. lin. 25. particularum *ἐὰν* et *εἰ* in membris congruis invicem oppositarum adscripsi exempla, his dilucidandae nostrae observationi inprimis idonea nunc haec addo l.: Demosth. Philipp. III, 72. Bekk. *ἐν, ἐὰν μὲν περὶ σπτε, κοινωνοὺς ἔχητε καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἀναλωμάτων, — εἰ δὲ μή, χρόνους γε ἐμποιῆτε τοῖς πράγμασιν*. Aristoph. Ran. 804. — *ἐμελλεν — ἔφεδρος καθεδερισθαι, καὶ ἂν μὲν Ἀλαχλὸς κρατῆ, — εἰ δὲ μή* —. Sed disertissimus in hoc genere est l. Luc. Tox. 52. *ἐλαύνειν ἔτοιμος ἄμα σοι ἐπὶ Βόσπορον, ἣν ἐθέλῃς, μένειν τε, εἰ δεῖοι*. Callidissime sic Macentes rapiendae puellae assidendi desiderium dissimulat suum.

dit. Itaque Jesus primarium suae causae ponit argumentum hoc, quod, quae extrinsecus hominem intrent, non nisi ventriculum occupent; deinde reliqua eorum fata leviter annectens ne hanc quidem aspernatur causam, hac ipsa communi omnium ciborum sorte, quod in latrinam abeant, tolli ciborum discrimina. — Dicatur nunc de Act. XXI, 28. βοηθεῖτε! οὗτός ἐστιν ὁ ἀνθρώπος, ὁ κατὰ τοῦ λαοῦ, καὶ κατὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ τόπου τούτου, *) πάντας πανταχοῦ δι-

*) Verissima est *Wineri* regula, in Gr. p. 64. proposita, quae verbis motus, ut ἄγαν, ἀφίεσιν al. eadem vi, quae solet πρὸς s. εἰς usurpari, interdum simplicem Dativum docet adnecti. Miror enim, quid sit, quod doct. *Bornemannus* [Biblich-exegetisches Repertorium von Rosenmüller II, p. 253.] hoc ipsum recte fieri neget, .aliter ille existimaturus, si in tempore meminisset eorum, quae prodidit *Erfurdti*. ad Soph. Antig. v. 934. τέλος γὰρ μὲν τοι θεῶν ἐνίκησεν μολεῖν σοι. Adde Eurip. Iphig. Taur. v. 708. παρεντεταχίστε τάνδρον, μολόντες τοῖς ἐφ' ἐστῶσι σφαγῇ. Aristoph. Av. v. 861. ἴτω ἴτω δὴ Πυθιάς βοᾷ τῷ θεῷ. Neque id improbavit Eurip. Iph. A. v. 69. *Boissonadius* δίδωσ' ἐλεύθεραί θνητάτῳ μνηστήρων ἕνα, ὅ τ' ὦ πνοαὶ φέροιεν Ἀφροδίτης φιλαι. Nolim tamen negare, exemplorum, quae collegit *Winerus meus*, nonnulla minus apta videri, quandoquidem Luc. II, 41. καὶ ἐπορεύοντο οἱ γονεῖς αὐτοῦ κατ' ἔτος εἰς Ἱερουσαλήμ τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα ἢ ἑορτῇ ad festum proficicebantur, quae vel per se molestior fuerit oratio, sed ἐπορεύοντο εἰς Ἱερουσαλήμ h. m. consocianda affirmo, ut τῇ ἑορτῇ τοῦ πάσχα itineris Hierosolymas suscepti tempus declaret. De Apoc. II, 16. μετανόησον οὖν· ἐλθὲ μὴ, ἐρχομαὶ σοὶ ταχύ non prae-fracte repugnem *Wineri*: probabilius tamen videtur, illud hic soli amplecti, quod olim plane redundare creditum nostra memoria a multis bene explicatum est [de quo tamen in transcurso moneam, nuper portentosa nonneminem haec excogitasse, nisi in *animi motu*, non sic posse dici], quo pacto recte, opinor, sumsit *Bornemannus* l. l. Joh. XIX. 4. ἄγω ὑμῖν αὐτὸν ἔξω. Sed video equidem, hunc in Pronomine Dativo usum, quo te praesentis consilii participem declaras, ut accentus reflectatur, postulare, unde ibi ἄγω ὑμῖν posthac scribemus et *Lucian*. Revicisc. §. 16. ἦξω γὰρ ὑμῖν prout explicavimus, aut ὑμῖν, aut ὑμῖν legendum erit. Restant l. Act. 21. 16. ἀγοντες Μνάσωνι et *Judic. XI, 18. ἦλθον τῇ γῆ*, quorum hic ut omni est superior dubitatione, ita illum verissime interpretatus est *Winerus*. Ceterum quod *Winerus* eodem loco tractat l. Luc. IX, 13., non videntur ibi v. βρώματα εἰς λαόν, sed ἀγοράσασμεν εἰς λαόν copulanda esse, et I. Tim. IV, 8. πρὸς ὀλίγον et πρὸς πάντα ἀφέλιμος quum significet: ad paucas res et ad omnia utilis, Dativus hic quidem vix adhiberi poterat.

δάσκων· ἔτι τε καὶ Ἑλληνας εἰσήγαγεν εἰς τὸ ἱερὸν, καὶ κεκοινωνῶς τὸν ἅγιον τόπον τούτου. Si constanter persistere in ea, quam ingressus erat, orationis forma placuisset, dixisset Lucas ὁ καὶ Ἑλληνας εἰσαγαγῶν — καὶ κεκοινωνῶς, sed immutavit sine ullo sane sensus detrimento horum habitum dixitque ἔτι τε καὶ Ἑλληνας εἰσήγαγεν, ubi tenendum, τε ad totam enuntiationem pertinere [v. Hermann. ad Viger. p. 886.] et ἔτι καὶ itidem juncta ad VV. Ἑλληνας εἰσήγαγεν referendum esse, non, ut alterutra vocula superflua sit, sed ut ἔτι simpliciter novum quid accedere, at καὶ adeo declarans gravius antecedentibus sequi indicet. Quare hoc dicitur: *hic est ille homo, qui contra populi, legis huiusque loci instituta omnes ubique instituit: et praeterea etiam Graecos in templum introduxit sacrumque locum polluit.* Quare Bornemannii [l. l. p. 243.] suspicio haec depravata iudicantis corruiere videtur. Inveniri enim possunt loca apud probos scriptores minime dubia, ubi voculas τε καὶ, ut utrique sua vis salva maneat, sic copulatas luculentissime appareat. Vide potissimum Poppo ad Cyrop. I, 4, 17.; sed Cyrop. V, 5, 33. ἐγὼ δὲ δοκῶ οὐδὲν συναίτιος ὦν τῶν ἀγαθῶν παρέχειν ἑμᾶντὸν ὡς περ γυνῆ εὐ ποιεῖν καὶ τοῖς τε ἄλλοις ἀνδράποισ καὶ τοῖςδε τοῖς ἐμοῖς ὑπηκόοις omnia mihi sana et ita explananda esse videntur: *ego vero mihi videor me praebere beneficiis obruendum mulieris ritu idque tum ceteris, tum qui mihi subjecti sunt.* Nam noli dubitare, quin καὶ Latinorum idque interdum respondeat, quamquam sane καὶ ταῦτα in hac causa haud paulo frequentius est.

Pergo ad aliud anacoluthon, quod legitur, Rom. I, 26. Διὰ τοῦτο παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς πάθη ἀτιμίας· αἱ τε γὰρ θήλειαι αὐτῶν μετέλλαξαν τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν· ὁμοίως τε καὶ οἱ ἄρσενες — ἐξεκαύθησαν ubi quum αἱ τε θήλειαι praemissum cernas, merito exspectes contrarium respondere hoc: καὶ οἱ ἄρσενες — ἐξεκαύθησαν; sed derelicta, quam antea probarat, oppositionis lege P. ita singula ad ipsa refert: *nam et foeminae naturalem usum in illicitum converterunt — atque similiter etiam viri — exarserunt.* Ceterum hic, sive ὁμοίως τε καὶ, sive cum Griesbachio ὁμοίως δὲ καὶ scribas, illaesum manet anacoluthon. Nam remoto ὁμοίως scriptum tamen oportebat: καὶ οἱ ἄρσενες δέ: quamquam equidem

ὁμοίως τε καί, cui δὲ correctoris in τε καί junctura haerentis videatur, anteponam. Cum h. l. conspirant prorsus haecce: Cicero pro. L. Man. VII, 16. Nam et publicani — suas rationes et copias in illam provinciam contulerunt, — *deinde* ceteris ex ordinibus homines gnari et industrii partim ipsi in Asia negotiantur etc.. *Pro Cluent.* 45. *Aut illud afferant — de ceteris comperisse. Nam illud quidem minus probandum est ad notationes auctoritatemque censoriam exemplum illos a consuetudine transtulisse*, ubi praecedens aut hanc postulat oppositionem *aut illud afferant — aut illud afferant*, quod tamen minus probandum est, se — transtulisse. Verum in eo unice occupatus, ut non probandum esse doceat, quod afferere queant alterum, a mente consilioque deducitur. At falso anacoluthon nescio quod odoratus est *Koppius* Rom. IX, 23., ut ex iis, quae de h. l. supra monuimus, emergat necesse est. In alium hujus epistolae l. diligentius inquisivit *Koppius*, sed ut tamen a vero longissime aberraverit. Nam II, 21. *Εὶ δὲ σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζη καὶ — καὶ — καὶ — πεποιθᾶς τε σεαυτὸν ὁδηγὸν εἶναι τυφλῶν — ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις*; *Koppius* quidem verba ultimum adscripta protasi adjungit sic interpretatus: *εὶ οὖν σὺ, ὁ διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις* et apodosin fere hanc: *cogita, quanto graviore poenae tibi sint metuendae prorsus silentio pressam esse auctor est.* Perperam. Nam praeterquam quod v. ὁ οὖν διδάσκων κ. τ. ε. nullo possunt pacto pari illis vi adjecta cogitari, justissimae, si tamen possent, reprehensioni pateret talis oratio, in qua et mire detractam desideres apodosin et inauditam loquendi conversionem admireris. Quin v. ὁ οὖν διδάσκων ἕτερον, σεαυτὸν οὐ διδάσκεις aperte ipsa apodosin constituunt, sed, ut nos vel οὖν docet, aliqua anacoluthi specie interpellatam. Nam vulgari modo ita decurrerent singula: *si tu Judaeus nominaris — confidisque te ducem esse coecorum, iis, qui tenebris tenentur, lucem te admovere — non sentis te, qui alios instituere sustineas, potius institutione ipsum indigere?* Sed sententiae, quae interjacet, amplitudine a sincero singulorum ordine avocata mente, ita mavult finire orationem: *qui igitur alium edoceas, temet non vis docere?* quod omnis erat expers offensionis, si sententiam sic conformabat: *Σὺ δὲ Ἰουδαῖος ἐπονομαζόμενος καὶ ἐπαναπαυόμενος — κ. τ. ε. ὁ οὖν*

διδάσκων ἕτερον σεαυτὸν οὐ διδάσκεις; Succedat I. Ephes. II, 1—5. Καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι καὶ ταῖς ἀμαρτίαις, ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε — ἐν τοῖς υἰοῖς τῆς ἀπειθείας, ἐν οἷς καὶ ἡμεῖς πάντες ἀνεστράφημεν ποτε, [commate interpunge] ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς σαρκὸς ἡμῶν ποιοῦντες τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, [sic distingue] καὶ ἡμεῖς τέκνα φύσει ὀργῆς — [quae v. conjunge cum ἐν οἷς] ὁ δὲ θεὸς πλούσιος ὢν ἐν ἐλέει — καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεξωπολήσατο ἡμεῖς — καὶ συνήγειρε κ. τ. εἰ. ubi viri etiam primarii non perspecta satis anacoluthi ratione frustra se torserunt. Ac primo quidem mireris, *Cramerum*, qui ab initio capitis verba καὶ ὑμᾶς — καὶ ταῖς ἀμαρτίαις ab ultimis primi capitis verbis τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένον suspensa voluisset, assensu suo dignum iudicasse *Koppium*, quum haec conjunctio ne ad sensum quidem bene habeat, quando inconcinne ad idem πληρουμένον et neutrum τὰ πάντα et personam ὑμᾶς retulerit P.. Imo apertum est, finiri caput primum universo hoc edicto τὸ πλήρωμα τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου et novam incipere sententiam ab his καὶ ὑμᾶς κ. τ. εἰ. Neque tamen magis facere possum cum illis, qui plurimi [*Griesb. Knapp. Schott. al.*] parenthesis muniunt v. v. 2., ἐν αἷς ποτε περιεπατήσατε usque ad V. 5. ἦν ἡγάπησεν ὑμᾶς, confisi, opinor, eo, quod V. 5. καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς τοῖς παραπτώμασι συνεξωπολήσατε eadem prope voces repetuntur, quae in hujus capitis limine praemissae fuerant. At enim vero ut verborum specie conveniant, multum tamen sensu differunt, illic dictis *Ephesiis καὶ ὑμᾶς*, hic apostolo ἡμᾶς. Praeterea hic duplex emergat offensio, quod et v. 4. πλούσιος ὢν Participium indefinitum esset, et verbo, quo carere non posset, plane destitutum, et quod ex hac imperfecta atque non, nisi per opportunitatem interjecta parenthesis Subjectum ὁ θεὸς ad συνεξωπολήσατε pcti deberet. Imo vero, quo ipsum ὁ δὲ θεὸς ducit, parenthesis finem suum consecuta est verbis v. 3. ultimis ὡς καὶ οἱ λοιποί. Quare quum legitima esset ratio: ὁ θεὸς καὶ ὑμᾶς ὄντας νεκροὺς — καὶ ὄντας ἡμᾶς νεκροὺς συνεξωπολήσατε, per parenthesis interrupto sermone singulorum ordo verborum inflexus est. Multum enim a *Koppio* dissideo, qui v. 5. καὶ ὄντας pro καὶ περὶ ὄντας accipit, quae ratio et hunc flagitat positum καὶ νεκροὺς ὄντας et ab

ipso sensu aliena est. At his quidem paucis, sed quae ad praesentem causam sufficere videantur de hoc difficili l. disputasse contentus, converto ad Rom. VIII, 3., ubi ego quidem nullum anacoluthi vestigium indagare potui. Verba sunt haec: *Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου, ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός, ὁ θεὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν πέμψας ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, καὶ περὶ ἁμαρτίας, κατέκρινε τὴν ἁμαρτιάν ἐν τῇ σαρκί.* In his *Koppius* τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου aut accusativum absolutum esse profitetur, ut sit locatum pro διὰ τὸ τοῦ νόμου ἀδύνατον [debebat saltem sic dici: διὰ τὸ τὸν νόμον ἀδύνατον] εἶναι, quod qui recte fiat, non patet, aut per Anacoluthon post θεὸς cogitatione addendum observat ἐποίησε, quod et ipsum fieri nequit. *Ammonii* interpretatio, qui sic vertit: *quum enim lex moisaica propter imbecillitatem carnis humanae perfici non potuisset, Deus misit filium* etc. quomodo cum verbis graecis conciliari possit, nondum assecutus sum. Sed omnia hic vulgaria, nihil singulare. Nam τὸ ἀδύνατον Nominativus [falso enim accusativum habet *Ammonius*] ad totam refertur enuntiationem hanc: *κατάκρινεν τὴν ἁμαρτίαν* eo usu, quem breviter perstrinxi in libro meo l. p. 52. not. et supra ad locum ejusdem generis *καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα.* Illud autem mirari satis nequeo, quomodo omnes, quotquot contuli, interpretes v. *καὶ περὶ ἁμαρτίας* ita leviter potuerint sequentibus annectere, non reputantes illi sic *καὶ* ante *περὶ* prorsus iners fieri excludendumque rectius fuisse, et negligentes, qui cujusvis in Pauli epistolis exercitati oculis erat expositus, verborum lusus in similitudine horum: *ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας καὶ περὶ ἁμαρτίας* [ita misit filium Deus, ut et hic ipse peccatoribus se similem redderet et ad reconciliandos Deo peccatores adesset] obvium. Quare sic explicabis: *etenim non concessum legi, ut quae ob humanam vitiositatem vi careret [scil. pravitatem coercere] Deus filium suum misit et pravi corporis similitudinem referentem et qui pravitatem extingueret ac sic extirpavit pravitatem per [Christi] corpus.* Sed certum inest Anacoluthon in l. Hebr. VIII, 10. *ὅτι αὐτῇ ἡ διαθήκη, ἣν διαθήσομαι τῷ οἴκῳ Ἰσραὴλ μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκεῖνας, λέγει κύριος διδοὺς νόμους μου εἰς τὴν διάνοιαν αὐτῶν, καὶ ἐπὶ καρδίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.* Hic quum scribendum esset sermonis aequalitate servata: *ἣν διαθή-*

σομαι — διδούς νόμους — και επιγράφας, aut ην διαθήσομαι, και δώσω, και επιγράψω, utraque copulandi lex confusa est insolentius, sed nulla pravitate. Qui διδούς δάσω temere conjecerunt, ii exquisitae locutionis impatientiores vulgarem in ejus locum sufficere vulerunt. Eadem verba repetita sunt X, 16. ην διαθήσομαι — διδούς — και επιγράψω neque hic sibi audientiam faciat, qui δάσω per conjecturam inferre sustinuerit. Quasi enim talia, ut Herod. IX, 91. εις κληθόνος είνεκε θέλων πιδέσθαι. Eurip. Hippol. v. 1362. λόγους έραμαι διαμοιράσαι, et quae alia prolata explicuit Matth. ad Eurip. Orest. v. 383. non violentius etiam sint composita! Eodem jure hic conferas Demosth. Mid. p. 77. Butt. και πάσαι θανμάειν ενίους οίωμα, αν αυτόι μεν ίσασιν, ούκ άκηκόασι δε νύν έμοῦ. p. 116. ibid. ούτε τῷ μεθ' όπλων είναι συντεταγμένοι μόνοι τῶν άλλων πολιτῶν εύροιτ' αν ούτε τὰ σώματ' άριστα έχειν και μάάλιστα ίσχυειν τους δικάζοντας ούτε τῷ την ήλικταν είναι νεώτατοι κ. τ. έ. Sed verbo nunc exagitabo Potti errorem, quom I. Petr. I, 14. Λιό αναλωσάμενοι τας οσφύας της διανοίας υμῶν, νήφοντες, τελείως έλπιστας επί την φερομένην υμίν χάριν εν τῇ αποκαλύψει Ιησού χριστού, ως τέκνα υπακοής, μη συσχηματιζόμενοι ταις πρότερον εν τῇ άγνοια υμῶν επιθυμiais κ. τ. έ. v. μη συσχηματιζόμενοι pro μη συσχηματιζέσθε positum contenderet, hoc participium a v. τελείως έλπιστας aptum esse non animadvertentis. Ita vero solent, ubi aliae gentes minus rapido cogitandi cursu usae verbum finitum posuissent, pro suo mentis fervore ab aliis potioribus, quae antecedant, cogitationibus Participii usu singula nectere. Sic Soph. Trach. v. 334. αυτού γε πρώτον βαιόν άμεινας [sc. τάνδον έξαρκή τίθητι]. Antig. v. 404. ταύτην γ' ιδών θάπτουσαν. Thucyd. VII, 82. καταστρεψάμενοι [sc. οικούμεν]. Eurip. Orest. v. 93. ως άσχολός γε συγγόνου προσεδρία [sc. ούσα πιδολμη] Iphig. A. v. 660. σύν μηρι πλεύσασ' [sc. μνήσμαι πατρός] η μόνη πορεύσομαι. Ultimum locum, quia simillimi anacoluthi refert speciem, de multis studiose elegi, quod quo spectet antequam dicam, in talibus exemplis perperam participium in verbi finiti succedere vices a VV. DD. passim perhiberi breviter monebo. Nimirum est in I. Petri veri nominis Anacoluthon. Quamquam enim reper se considerata et συσχηματιζόμενοι participium ab έλπιστας, ut supra significavimus, suspensum

et vero sequens *καὶ αὐτοὶ ἄγιοι — γενήθητε*; quod non aliunde aptum proprii sit juris, rectissime habent, tamen ambo offendunt conjuncta. Nisi enim per Anacoluthon ordinis laederetur constantia, aut *μὴ συσχηματιζόμενοι — καὶ μὴ γενηθέντες*, aut *μὴ συσχηματιζέσθαι — γενήθητε* excipere se invicem debuerant. Similia e probis scriptoribus collegi haeci: Aelian. V. H. X, 17. XII, 1. Soph. Antig. v. 1016. ubi vid. summum *Hermann*. Oed. Tyr. v. 159. Anacoluthon autem, quod et sua natura satis lenē sit et per totum nexum valde excusetur, reperi II. Cor. V, 6. *Θαδρόουντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδότες, ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ κυρίου (διὰ πίστεως γὰρ περιπατοῦμεν, οὐ διὰ εἰδους) θαδρόομεν δὲ καὶ εὐδοκοῦμεν μᾶλλον ἐκδημῆσαι ἐκ τοῦ σώματος, καὶ ἐνδημῆσαι πρὸς τὸν κύριον*. Sic enim vulgarem amplexus dicendi normam P. dixisset: *θαδρόουντες οὖν πάντοτε καὶ εἰδότες — ἀπὸ τοῦ κυρίου — εὐδοκοῦμεν μᾶλλον*, suppressis ante v. *εὐδοκοῦμεν μᾶλλον* vocibus *θαδρόομεν δὲ καὶ*: *quum igitur simus hac usi conditione bono animo, etiamsi scimus, nos, quamdiu corporis carcere simus inclusi, non posse ad dominum evolare, potius tamen ducimus, si exuto corpore ad dominum pertingere liceat*. Verum post illam parenthesis — *οὐ διὰ εἰδους* jam praemissum esse, quod verbis restringendi vi praeditis *καὶ εἰδότες κ. τ. ε.* respondeat *θαδρόοουντες οὖν πάντοτε* oblitus, denuo subjicit *θαδρόομεν δὲ*: et recte quidem, quum *καὶ εἰδότες* sensu suo idem sit, quod *εἰ καὶ ἴδμεν*: sed ita tamen, ut apodosis ab initio cogitata *εὐδοκοῦμεν μᾶλλον* verbis *θαδρόομεν δὲ καὶ* non paululum obscurata videatur. Progredior ad I. Matth. X, 25. *Ἄρκετόν τῷ μαθητῇ, ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δούλος, ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ*, ubi quis, quaeso, tam pingui est Minerva (etsi non commemorari, qui id monuerit), quin accurate dicturo sic pergen- dum fuisse: *καὶ τῷ δούλῳ [scil. ἀρκετόν ἐστίν], ἵνα γένηται, ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ*. perspiciat? Praetulit tamen casum primum ita re animo informata: *ἀρκετόν, εἰ ὁ δούλος γίγνεται, ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ*. Similia vide, sis, apud Spanhem. ad Aristoph. Nub. v. 1113. et Lucian. Pisc. 24. *τοῦτο μὲν οὐδαμῶς [ποιεῖν δεῖ] ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον*, ubi oppositum facile te ad *τῷ τῷ*, at minime illud reponendum, deducat. Sed transgredi nunc placet ad aliud admodum singulare Anacoluthi exem-

plum Rom. V, 12 sq. Διὰ τοῦτο ὥσπερ δι' ἐνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον — Jam videtur justa, quid quod omnino necessaria, apodosis deficere. Nam v. 13. eo est occupatus P., ut, quod dixerat v. 12. mortem *omnes homines* invasisse corroboraret. At re vera non deest: nec potest talis naturae apodosis, nisi in scriptore recte cogitandi imperitissimo prorsus abesse unquam. Omnino enim ea inest versus 15. πολλῶ μᾶλλον ἢ χάρις τοῦ θεοῦ καὶ ἡ δωρεὰ ἐν χάριτι τῇ τοῦ ἐνὸς ἀνθρώπου Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς τοὺς πολλοὺς ἐπερίσσειε, nisi quod per ingentem parenthesis abrupto disserendi ordine semper vitiositatem atque mortem mortales absumsisse monemur, et longe antegressae protasis antecedit brevis complexio h. v.: εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἐνὸς παραπτώματι οἱ πολλοὶ ἀπέθανον. Alias VV. DD. de hoc difficili l. sententias confutare nunc nec volupe est, nec necessarium. Quippe hisce meis diligenter expensis tum sponte multa reperies, quibus eas refellas, maxime levissimam Κορρῆϊ, qui plane inaudita docens διὰ τοῦτο ὥσπερ *formulam transseundi breviorē ἀνταπόδοτον*, quae nostro: *also gerade so wie* respondeat, venditat, nec multo praestantiorē Wetstenii, qui in v. 18. probam sibi apodosin reperisse visus est, intolerabilius eo, quod praeterquam quod ne sensus quidem accurate quadrat, post tantum cogitationum, quae interjacent, ambitum duo membra coagmentanda esse affirmat. Paucis licet defungi de Rom. XI, 21. — ἀλλὰ φοβοῦ· εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται, ubi Anacoluthon, quamquam leve, expositum est omnium oculis. Fallitur enim Κορρῆϊus, quod ante μήπως cogitat φοβοῦμαι et φείσεται esse dicit pro [?] quasi vero non utrumque frequentissimi usus sit Cf. *Elmslej.* ad Eurip. Med. ad v. 310.] φείσεται, confisus, credo, talibus, ut Hebr. III, 12. Lucian. Revivisc. §. 15. ὁρᾶτε μὴ — ἡγόρευε κακῶς. Tum enim, ne de aliqua hujus explicationis importunitate conquerar, saltem μήπως μὴ δὲ σοῦ scriptum oportuit. Imo μήπως interrogationi inservit commixtaque loquendi forma: *num forte* [tibi parceret?] *ne tibi quidem parceret*; quod hic quidem inde factum arbitrer, quod rem, quam, ut tamen dubiam, adhuc constituerat, mutato consilio

prae fracte negat. Unum adjicio l. Rom. VII, 21., cui ego Anacoluthon insidere existimo, quamquam lubricum ex parte iudicium de eo videri posse haud diffitear. Sed, nisi plane decipior, ita e rigidis grammaticae legibus se habeat l.: *εὕρισκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἔμοι ποιεῖν τὸ καλὸν τὸ κακὸν παρακείσθαι agnosco igitur humanae naturae normam* [ex qua nempe libido rationi multa vi obsistit cf. v. 23.], *per id, quod mihi honeste agere volenti malum adjacet*. Sed in liberiore disputationis impetu ita conformat orationem, ut, quum posset dicere aut τῷ — παρακείσθαι, aut ὅτι ἔμοι θέλοντι ποιεῖν τὸ καλὸν τὸ κακὸν παρακείται, prius illud ab initio ponit, sed imperfectum relinquit et alteram praeponit rationem. Quam interpretationem linguae graecae legibus [cf. supra] certo consentaneam etsi non quovis pignore contendam, pulcherrime habere, commentis tamen interpretum praeferre non dubitavi, tum, quod simplicior est, tum quia satis idoneam mire alioquin repetito ἔμοι excusationem affert [ita enim in membro diverso nec arcte nexu conspicuum fuerit]. Quid quaeris? Lamberti Bpsii, Castalionis, Carpzovii explicationes vel eo concidunt, quod τὸν νόμον absolute pro κατὰ τὸν νόμον positum esse contendunt, quum εὕρισκω τὸν νόμον divellere sana ratio impediatur: *Koppri* autem sententia, quum adeo multa sanciat ex arbitrio constituta, ut, qui hoc totum verbis graecis congruat, non clarum sit, optime tacebitur.

At, inquis, quisquis tu haec nostra legis, objurgans, tempus tandem est, te desinere: sin minus, periculum imminet praesentissimum, ne tu nobis totum N. T. in Anacolutha [quo nihil detestabilius vel idcirco, quoniam verendum, ne sic Dogmata utinam ne prius tua opinione suscepta, quam explorata, convertas in Anacolutha] dissolvas. Quin falleris, amice: atque possim profecto plurima alia, quae in Adversariorum loculis delitescunt, huc congerere; sed quando tibi ita volupe est, et illud saltem, quod maxime proposueram, consecutus videor, reliquis ad alius l. disputationem reservatis, jam nunc conquiescat oratio.

Addenda et Corrigenda.

Pag. 2. Non alienum fuerit, locum in hac causa satis disertum adjicere Eurip. Hec. v. 985. σώσον νυν αὐτόν μηδ' ἔρα τῶν κλησίων, quod valet ad sensum: τῶν τῶν κλησίων, ut recte dixit *Einslejus* ad Med. v. 58. infra. —

Pag. 17. lin. 33. lege *attendenti* pro *attententi*.

Pag. 21. lin. 12. scribe περὶ pro περῆ .

Ibid. lin. 17. minus pro *ninus*. —

Pag. 23. lin. 16. adde: Cum l. Marc. 9, 23. bene contendas Tacit. Annal. III, 8. *si vera forent, quae jacerentur*, — praecipuum in dolore suum locum i. e. si — jacerentur, se Drusum Fisoni non posse parcere vel pro eo deprecando intercedere; nam praecipuum etc. l. Joh. 5, 9. εἰ τῆς μαρτυρίας τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν — ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μέλζων ἔστιν i. e. si hominum admittimus testimonium scil. reputandum nobis est, dei esse firmitus testimonium.

Quae pag. 25. lin. 25. particularum εἰν et εἰ in membris congruis invicem oppositarum adscripsi exempla, his dilucidandae nostrae observationi inprimis idonea nunc haec addo l.: Demosth. Philipp. III, 72. Bekk. ἔν' εἰν μὲν πείσῃτε, κοινωνοὺς ἔχετε καὶ τῶν κινδύνων καὶ τῶν ἀναλωμάτων, — εἰ δὲ μή, χρόνον γε ἐμποίητε τοῖς πράγμασιν. Aristoph. Ran. 804. — ἔμελλεν — ἔφεδος καθεδρῖσθαι, καὶ μὲν Ἀλαγλὸς κρατῆ, — εἰ δὲ μή —. Sed disertissimus in hoc genere est l. Luc. Tox. 52. εὐάνειν ἔτοιμος ἄμα σοι ἐπὶ Βόσπορον, ἣν ἐθέλῃς, μένειν τε, εἰ δέοι. Callidissime sic Macentes rapiendae puellae assidendi desiderium dissimulatum.

Quam recte pag. 25. paullo infra me potuisse plures in N. T. Graecismos, ad quos vulgo minus adverterint VV. DD., illustrare, observitarim, aliud, si Deus O. M. annuet, manifestabit tempus: at potueram luculentioribus uti exemplis, quale nunc addam. Ut Graeci ἄμα ante participium saepe ita ponunt, ut cum sequenti verbo cohaereat, quod pervulgatum dicit merito summus *Hermannus* ad Soph. Oed. Col. v. 190., ita iidem ὁμως tamen in protasi solent collocare, ut ad verbum in apodosi conspicuum pertineat tamen. Vid. *Hermann.* ad Soph. Aj. v. 15. *Reisig.* ad Soph. Oed. Col. Enarr. v. 659. *Jacobs.* pone *Porsoni* Adversaria p. 294. At id ipsum in N. T. his observari poterat debebatque. I. Corinth. 14, 7. ὁμως τὰ ἄφρα φωνὴν διδόντα, εἴτε ἀλόως εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῶ, πῶς γνωσθήσεται τὸ ἀλλοόμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον; i. e. instrumenta vitae expertia *etiamsi sonum edunt, tamen, nisi distincte sonent, qui dignoscas* etc.? Male igitur *Wetstenius* aliique ὁμῶς scribendum pronuntiarunt. At multo pejora *Wahlus* habet in Cl. s. v. ὁμως: ὁμως I. Tamen. — 2, permutatur cum ὁμοίως I. Corinth. 14, 7.. Haud raram esse vocabulorum ὁμως et ὁμοίως confusionem docuit *Schaefer.* ad *Greg. Cor.* p. 631. Nihil vidi pravius. Siccine nimirum quemquam adeo summum *Schaeferum* non intellexisse, ut, quum hic *librarios* saepe ὁμως et ὁμοίως confudisse pererudite doceret, id ad *scriptores ipsos* transferret? — Gal. 3, 15. Ἀδελφοὶ (κατὰ ἄνθρωπον λέγω) ὁμως ἀνθρώπου κεκυρωμένην διαθήκην οὐδέ τις ἀθετεῖ ἢ ἐπιδιατάσσεται h. e. *amicissimi, foedus, etsi hominis sit, tamen, ubi sancitum est, nemo abolet et mutat.* Ne hic quidem ad illam rem vulgo attenderunt: et qui tamen attenderunt, dupliciter, diverse utriusque, errarunt, aut ut ὁμοίως scribi mallent, aut, excusatius quidem, ut *Winerus*, sic enarrarent: *bleibt doch (selbst) ein menschlicher Vertrag kräftig.* Non enim ὁμως hac vi usquam occurrere existimo. Non nimis longe a vero abfuit *Bretschneider.* in *Lex. s. v. ὁμως*: at qui illam Graecorum consuetudinem non nosset, nihil labi nequivit.

Pag. 36. not., ubi de vocula τις nonnulla disputaveram, verbo poteram monere, perperam *Wahlum* in Cl. 1002. eam intulisse in I. Marc. 15, 24. βάλλοντες κλήρον ἐπ' αὐτά, τις τι ἄρη, quum sit ibi τί interrogandi particula eo Graecorum usu, quo plures interrogationes nulla intercedente copula uni sententiae illigare solent h. m.: sortiti, *quis quid acciperet* i. e. *quis aliquid nancisceretur et quid is reportaret.* Hoc dicendi genus, unde, ut alias ostendam, pluribus N. T. locis lux affunditur,

illustrarunt praestantiss. *Hermann.* ad Soph. Aj. v. 1164. *Antig.* 2. Philoct. 1080. Eurip. Alc. 215. *Heindorf.* ad Plat. Theaet. p. 146. *Schaefer.* ad Hom. Od. p. 168. *Reisig.* ad Oed. C. C. 809. 810. Mihi exempla haec occurrerunt: Soph. Trach. 420. *Herm.* Demosth. Philipp. I, 9. 2. *Rued.* Plat. Cratyl. p. 224. *Stallb.* al. De Latinis memini eorum, quae *Cort.* ad Sallust. Cat. 23, 4. Iug. 60. 7. et *Beier.* Cic. de offic. II, 7, 25. [cujus perdoctam notam lege et relege] disputaverunt, quibus adjecti Liv. 3, 68. *quid tandem privatae res vestrae quo statu sunt.* Quinctil. Instit. I, 4. *quae cum quibus cognatio.* 1, 8. *quid quo flexu,* recte *Badius* e Regio. I, 6, 16. *quid quo modo caderet bene* *Gesner.* al. e Regio. Quid? Exemplane corruptorum adhuc locorum, quibus conjectura sit illa Graecorum dicendi consuetudo restituenda flagitas? Effudi mea. Itaque fratris carissimi *Francisci Volcmari,* quocum mihi tanto firmior intercedit amicitia, quoniam et uno vitae consilio et eorundem studiorum societate nititur, quibus ipse mecum communicavit verbis quaedam hujus generis, et, ut mihi quidem visum est, satis probabilia adscripsi haec: „Saepenumero causae tuae neglectioem fraudi fuisse vel viris doctis vel librariis ratum te nequaquam fefellit opinio: cujusmodi pauca exempla pro praesentibus angustiis tecum communicavi. Itaque *Valckenarium* sollicitantem Xen. Memor. 2, 2, 1. *καταμεμάθηκας οὖν, τοὺς τί ποιούντας ἐπὶ ὄνομα τοῦτο ἀποκαλοῦσιν;* jure castigat *Schaefer.* ad Demosth. I. p. 561. In *Lucian.* Catapl. c. 5. *τί γάρ με δεῖ πράγματα ἔχειν τὰ πρὸ Εὐκλείδου πῶς νῦν ἐξετάζουσιν;* juxta ac librarii nescio qui haesit *Struvius* Lect. *Lucian.* p. 218., quod miror. *Gall.* 16. *ὡς μὲν ἐξ Ἀπόλλωνος τὸ πρῶτον ἢ ψυχῇ μοι καταπαταμένη ἐς τὴν γῆν ἐνέδω ἐς ἀνθρώπου σῶμα ἦν τινα τὴν καταδίκην ἐκτελοῦσα, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν.* nec non *Hermot.* 75. *οὐκ ἂν οὖν ἰκόντες εἴποιεν, εἰδότες, ἀφ’ οἷων ἐκπεσόντες ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν.* vehementer aberrat optima caeteroqui Lat. vers. Soph. Oed. Col. 1135. egregie *Hermannus:* *καίτοι τί φανῶ; πῶς δ’ ἂν ἄθλιος γεγῶς θιγεῖν θελήσαιμ’ ἀνδρός, ᾧ τίς οὐκ ἐν κηλῆς κακῶν ξύνοικος;* *Luc. Hermot.* 4. jam correxere, tacite lat. vers., disertim *Struvius* et *Seager.* sic: *πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα ἀποφαίνει ὡς δὴ πότε ἀναβησομένηφ.* Eadem vero medicina persana *Advers.* *Indoct.* §. 16. ita: *τίνα γὰρ ἐλπίδα καὶ αὐτὸς ἔχων ἐς τὰ βιβλία καὶ ἀνελίττεις ἀεὶ καὶ — ὀμφάλους ἐντίθης, ὡς δὴ τί ἀπολαύσων αὐτῶν;* *Piscator* 37. I.: *ἢ σὺ γὰρ, ᾧ Πυθαγόρα καὶ — Ἀριστοτέλους, τί φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιοῦτους ἢ οἰκίον τί καὶ συγγενὲς ἐπιδεικνυσθαι τῷ βίῳ;* Quae nuper hic moliti sunt, sciens praetermitto. *Demosth.* Philipp. I, 4, 1. R. hodieque pusilla se jactat menda sic ejicienda: *πότε οὖν — πότε ἄ γρη, πράξετε; ἐπειδὴν τί γένηται;*

ἐπειδὴν νῆ Δί' ἀνάγκη τίς ἤ; — ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τοῖς
 ἡλενθίοις μεγίστην ἀνάγκην (huc fac attende) τὴν ὑπὲρ
 τῶν πραγμάτων ἀλαχόνην εἶναι. Calliae l. apud Schol. Arist. Av.
 v. 151. hoc pacto refinge: πᾶς ἄρα τοὺς Μελανθίους τῶ γνώσθη-
 μαί; Eur. Iphig. Aul. 1090. 1: κοῦ τὸ τὰς αἰδοῦς ἢ τὸ τὰς
 ἀρετᾶς δύνανται εἶναι σθένειν τί πρόσωπον, ὅποτε — ἀνομιὰ δὲ
 νόμων κρατεῖ καὶ κοινὸς ἀγὼν βροτοῖς; μὴ τις θεῶν φθόνος ἔλθῃ.
 Scripsi σθένειν τί, vere, fors fuit; neque enim hoc praestem:
 sed, quod praefascine dixerim, postrema recte distinximus vo-
 cabula. Solent καὶ κοινὸς — φθόνος ἔλθῃ perpetuitate jungere
 praeter rem poëtaeque voluntatem. Demosth. Phil. III, 70.
 Bekk. καὶ ἡμεῖς τοίνυν — ἕως ἔσμεν σφοῖ, πόλιν μεγίστην
 ἔχοντες ἀφορμὰς πλείστας, ἀξίωμα κάλλιστον, τί ποιῶμεν,
 πάλαι τις ἠδέως ἂν ἴσως ἐρωτήσων κἀθηται. Apodosis profecto
 sita est in v. τί ποιῶμεν. Aliter, sed mire, Schaeff. I, p. 603.
 super his existimat, adducente Bekkeriana, qui meliora novissi-
 me perspexit. Contra virum egregium interim verbis utar ipsius:
 in ejus scriptura requiro apodosin, cujus in omni vicinia ne
 tenuissima quidem vestigia apparent. Haec fere Schaeff. ad
 Gregor. Cor. p. 877. de Xen. Hier. VI, 15., ubi ὡςπερ γε
 emendat, nobis vulgatam ὡςπερ γὰρ hac lege retinentibus, ut
 apodosin in sqq. v: καὶ τᾶλλα γε κτήματα — ὁ μ ο ἰ ὡ ς ἄπαν-
 τα λυκτεῖ per liberiora Anacoluthi ligamenta indamus. Iphig.
 Aul. 728. quum sententia, tum Agamemnonis responsum exigere
 videtur: μητρός τί χωρὶς δράσειθ', ὧν με δράν χρεῶν; In pro-
 xime antegressis, quod obiter moneam, eruditorum commenta
 opinionis teneo, sed Euripides scriptum reliquerat: καλῶς,
 ἀναγκαῖως γε, συνενέγκαι δ' ὄμως. Vid. v. 1410. ἐξελογίσω
 τὰ χρηστὰ, τὰναγκαῖά γε. Verum ne ejusdem plaue generis
 locorum fatiscas copia, similes quosdam, ut obvia tamen con-
 spicuaeque interrogatione, afficiam. Luc. Char. 17. 1: ἢ δὴ
 γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐκεῖνος ὃ τὴν οὐλίαν οἰκοδομοῦμενος καὶ
 τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρων, εἰ μάθοι, ὅτι ἡ μὲν ἔξει τέλος αὐτῶν.
 τ. 1. Vulgo repertum ἢ τί γὰρ illaesum cuncti tramisere,
 scripturam sensu non dicam bono, at tolerabili destitutam. Gall.
 20. 1: Οὐκοῦν ὦ πυθαγόρα, ἢ τί καὶ μάλιστα χαιρεις καλού-
 μενος, ὡς μὴ ἐπιταράττοιμι τὸν λόγον, ἄλλοτε ἄλλον καλῶν.
 Micylli sententiam contuere et exquire; dein § Cdc. in his Gori.
 καὶ ἐτι consule. Arist. Ran. 292. verborum personarumque
 vices ita dispone: Διον. Ἐμποῦσα τοίνυν; Πανθ. ἔστι πυρὶ
 γούν λάμπεται ἄπαν τὸ πρόσωπον. — καὶ σκέλος χαλκοῦν ἔχει.
 — νῆ τὸν Ποσειδῶ, καὶ βολίτινον θάτερον. Arist. Av. 270. 1:
 ὦ γὰρ ἀλλ' οὐχ οὐτοῖσι καὶ δὴ τις θρεῖς ἐρχεται; ib. 419.
 Χορ. λέγει δὲ δὴ τίνας λόγους; Ep. ἄπιστα καὶ πέρα, κλύειν.
 Χορ. τί φῆς; ὀρῶ τι κέρδος ἐνθάδ' ἄξιον μοιῆς —; Ratio-

nes, quae nobis non desunt, curatius meditates, jam periniquo loco exprömerem. 4

Pag. 42. not. δὲ dativö post verba motus plura facili opera poterant exempla addi, velut Gal. 2, 13. — *ὥστε καὶ Βαρνάβας ἀναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει* ut ipse Barnabas ad eorum simulationem abriperetur; sed hic l. non satis certus est, quum haec etiam non inepta sit interpretatio: ut ipse Barnabas eorum simulatione abriperetur scil., quod sponte apparebat ex ante dictis, ad simulationem. Confidentius huc retuleris Act. 2, 33. τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ ὑψώθησθ. 5, 31. τοῦτον ὁ θεός — ὑψώσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ [*evexit deus ad suam dextram.*] P. 46. adde: Tacit. Annal. I, 85. *vix credibile dictu* — quidam hortabantur. Ib. I, 89. — *rarum* etiam inter hostes, legatus populi romani romani in castris sanguine suo altaria deum commaculavisset. Hic usus apud Tacitum aliquoties recurrit.

Pag. 50. lin. 1. Adde: Majori etiam in voce *μήπως* errori obnoxii sunt interpretes Gal. 2, 2, qui v. *μήπως εἰς κενόν τρέχω ἢ ἔδραμον* apta velint a verbo *ἀνεθέμην* h. s.: *tradidi Hierosolymis publice et privatim doctrinam divinam, ne operam meam luderem, aut luissem.* Quae ratio plura habet vitia. Primo enim pro *τρέχω*, ut in se praeterita (*ἀνεθέμην*), opus erat optativo [v. Hermann. ad Vigr. p. 810.]; deinde *ἔδραμον* Indicativus hic quidem ineptus erat idcirco, quoniam contrarium ejus, quod Apostolus in vindicanda sua veri nominis legati christiani auctoritate cap. I. et II. unice occupatus declarare voluit, sic dixisset, *sum studium inane fuisse* [v. Herm. l. l.]. Itaque posita post τοῖς δοκοῦσι plena interpunctione et vocolae *μήπως* interrogationis vi adjecta grammaticae et huius l. cohaerentiae pariter consules h. r.: *docui Hierosolymis doctrinam divinam. Nam frustra operam meam in evangelium insumo, aut insumsi? At ne Tito quidem, meo comiti, circumcisio ibi imposita est i. e. quod interrogavi, recte pernegari, inde certe apparet, quod Titus mea auctoritate munitus non poterat ad circumcisionem adigi Hierosolymis.*

Nachstehenden Bericht empfehle ich allen Freunden
der philologischen Literatur zur gefälligen Beachtung.

C. H. F. Hartmann.

B E R I C H T
über
eine neue Verlags-Unternehmung.

Die günstige Aufnahme, die meine kürzlich begonnene

Sammlung von griechischen Autoren

mit kritischen Noten

vorzüglich zum Schulgebrauch

in jeder Hinsicht gefunden, hat von mehreren Seiten her durch achtbare und erfahrene Schulmänner den Wunsch laut werden lassen, neben derselben auch eine

A U S W A H L

der gelesenen römischen Autoren

in ähnlichem Formate

erscheinen zu lassen. So schwierig nun an und für sich dies Unternehmen wegen obwaltender Concurrenz scheinen möchte, so habe ich mich dennoch dazu bereitwillig finden lassen. Plan und Anordnung bleiben hier, wie bei den griechischen Schriftstellern. Bei jedem wird ein nach den besten kritischen Hülfsmitteln berichtigter Text gegeben, und blosse Abdrücke schon vorhandener Ausgaben, wie es bei dergleichen Sammlungen oft der Fall ist, sind aus dieser Auswahl ganz entfernt. Hinter jedem Bande folgen übrigens von dem jedesmaligen Herausgeber entweder kurze kritische Bemerkungen zu schwierigen Stellen, oder auch ein fortlaufender, kurzer kritisch-exegetischer Commentar. Für den Werth dieser Noten und der Textrevision bürgen die Namen der gelehrten Herren Herausgeber. Von meiner Seite ist alles gethan, diese Ausgaben durch strengste Correctheit, reinen und geschmackvollen Druck zu empfehlen und durch den billigsten Preis ihren Ankauf zu erleichtern.

Es sind auch hievon, gleich den griechischen Autoren, zwei Ausgaben auf verschiedenen Papieren, die eine auf Englischem, die andre auf Druckpapier, veranstaltet.

Wenn übrigens die einzelnen Bände nicht so rasch auf einander folgen, als Mancher wünscht, so bitte ich zu bedenken, dass eine jedesmalige Textrevision mehr Zeit verlangt, als der blosse Abdruck

eines schon vorhandenen Textes. Auch verlangt die Sorgfalt, die ich auf Correctur und Druck verwenden lasse, mehr Zeit und Mühe, weil von vielen Werken die einzelnen Bogen zur Revision an ihre in der Ferne lebenden Verfasser gehen. Die Ausgaben selbst können durch diese kleine Verzögerung nur gewinnen, und man mag mich deswegen lieber tadeln, als dass man mir den Vorwurf der Eilfertigkeit und des Leichtsinns mache.

Von dieser Auswahl sind bereits erschienen und versandt:

Eutropii Breviarium historiae Romanae. Editionem curavit *Detl. C. G. Baumgarten-Crusius*. Charta impr. 8 gr. Charta angl. 6 gr.

Q. Horatii Flacci Opera omnia. Ad optimorum librorum fidem recensuit et annotationibus instruxit *I. C. Jahn*.

Charta impr. 10 gr. Charta angl. 16 gr.

P. Ovidii Nasonis Opera omnia. Editionem curavit, brevem annotationem criticam adiecit *Detl. C. G. Baumgarten-Crusius*. III Tomi.

Tom. I.	Charta impr.	10 gr.	Charta angl.	16 gr.	} Charta impr. 1 Rthlr. 10 gr. — angl. 2 — 4 —
— II.	—	10 —	—	16 —	
— III.	—	12 —	—	18 —	

Unter der Presse befinden sich:

1. C. Julius Caesar. — 2. Cornelius Nepos. — 3. Q. Curtius Rufus. — 4. T. Livii Patavini Opera. — 5. Silius Italicus. — 6. Albi Tibulli carmina. — 7. P. Virgilii Maronis Opera omnia.

Von der Auswahl der griechischen Autoren sind bis jetzt erschienen und versandt:

Aeschines Orationes. Cum brevi annotatione critica edidit *Guil. Dindorfius*. Charta impr. 10 gr. Charta angl. 16 gr.

Corpus scriptorum eroticorum Graecorum. Edidit *Franz. Passow*, VIII Voll. Vol. I. *Parthenii erotica*. Accesserunt Antonii Digenis et Iamblichi excerpta. Ch. impr. 8 gr. Ch. angl. 14 gr.

Homeri Carmina ad optimorum librorum fidem expressa curante *Guil. Dindorfio*. Vol. I. *Ilias*.

Charta impr. 18 gr. Charta angl. 1 Rthlr. 8 gr.

Homeri Carmina ad optimorum librorum fidem expressa curante *Guil. Dindorfio*. Vol. II. *Odyssea*.

Charta impr. 18 gr. Charta angl. 1 Rthlr. 8 gr.

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo. Cum brevi annotatione critica edidit *Ludovicus Dindorfius*.

Charta impr. 1 Rthlr. Charta angl. 1 Rthlr. 20 gr.

Xenophontis Expeditio Cyri. Cum brevi annotatione critica edidit *Ludovicus Dindorfius*. Charta impr. 10 gr. Charta angl. 16 gr.

Xenophontis Historia Graeca. Cum brevi annotatione critica et Ms. Victoriani varietatibus edidit *Ludovicus Dindorfius*.

Charta impr. 12 gr. Charta angl. 18 gr.

Xenophontis Institutio Cyri. Cum brevi annotatione critica edidit *Ludovicus Dindorfius*. Charta impr. 12 gr. Charta angl. 18 gr.

Xenophontis Memorabilia. Cum Ms. Victoriani varietatibus edidit
Guil. Dindorfus. Charta impr. 8 gr. Charta angl. 14 gr.

Xenophontis Scripta minora. Cum brevi annotatione critica edidit
Ludovicus Dindorfus. Charta impr. 12 gr. Charta angl. 18 gr.

Unter der Presse befinden sich:

1. Aristophanes. — 2. Bucolici Graeci. — 3. Corpus scriptorum eroticorum Graecorum. Tom. II. — 4. Demosthenis Orationes. — 5. Euripidis Tragoediae. — 6. Hesiodus. — 7. Plutarchi vitae.

☞ Möchte es dem Scharfblick der geehrten Herren Schuldirec-
toren, so wie allen Freunden und Beförderern der philologischen Lite-
ratur nicht entgehen, dass in so kurzer Zeit, in welcher dies Unter-
nehmen ins Leben trat, sich ein Verein von eben so achtbaren als
erfahrenen Männern, zum Theil unaufgefordert, bewogen fühlte, An-
theil an der Bearbeitung dieser neuen Auswahl zu nehmen, die
an Gediegenheit, Correctheit, Wohlfeilheit und ty-
pographischer Ausstattung nichts zu wünschen übrig lässt.
Für den Werth und die Brauchbarkeit dieser Ausgaben bürgen
übrigens die Namen der nachstehenden gelehrten Herren Heraus-
geber, die ich für meine Unternehmung gewonnen, wovon ich einst-
weilen folgende nenne, welche entweder schon etwas geliefert, oder
in kurzem nachliefern werden.

Hr. Dr. Baumgarten-Crusius,
Conrector an der Kreuzschule
in Dresden.
— Beier, Professor in Leipzig.
— Dr. Daehne, Lehrer an der
Stiftsschule in Zeitz.
— Ludwig Dindorf, in Leipzig.
— Wilh. Dindorf, in Leipzig.
— Gernhard, Consistorialrath u.
Direct. d. Gymn. in Weimar.
— Dr. Jahn, Adjunct an der
Landesschule in Grimma.
— Kreyssig, Professor an der
Landesschule in Meissen.

Hr. Matthiae, Kirchenrath und
Dir. d. Gymn. in Altenburg.
— Meineke, Director d. Gym-
nasiums in Danzig.
— Passow, Professor in Breslau.
— Reisig, Professor in Halle.
— Schäfer, Professor in Leipzig.
— Spitzner, Director d. Gym-
nasiums in Wittenberg.
— Dr. Weber, Professor des
Gymnasiums in Weimar.
— Weichert, erster Professor u.
Rector der Landesschule in
Grimma.

☞ Den Debit für den Buchhandel habe ich Herrn C. H. F. Hart-
mann allhier ausschliesslich übertragen; doch kann auch ich den
Herren Buchhändlern bei directer Beziehung in Parthieen von
mindestens 25 Exemplaren gegen baare Zahlung angemessene
Vorthelle gestatten.

Leipzig, im Oct. 1824.

B. G. Teubner,







